


W Watson M.D.
1768
Ex dono auctoris.



K

RHAZES
DE
VARIOLIS ET MORBILLIS,
ARABICE ET LATINE;
CVM
ALIIS NONNVLLIS EIVSDEM ARGVMENTI.

CVRA ET IMPENSIS
IOHANNIS CHANNING,
NATV ET CIVITATE LONDINENSIS.

Medicos illis (Arabibus) et artem et magnam dialecti partem debere novimus; plura multo debituros, si pleniorem linguæ istius, sine qua nec jam loqui possunt, cognitionem pararent.

POCOCK. ORAT.

LONDINI
EXCVDEBAT GVILIELMVS BOWYER.
M DCC LXVI.


MEDICAL
HISTORICAL
LIBRARY

VIRO NOBILI, SPECTATISSIMO, ERVDITISSIMOQVE,

CAROLO YORKE,

PATRIS PRAECLARI FILIO PRAECLARO:

HVNC

RHAZIS,

MEDICI SECVLO IN QVO VIXIT PRIMARII,

TANTO PATRONO NON INDIGNI,

TRACTATVM,

NVNC PRIMVM ARABICE TYPIS EVVLGATVM

IVXTA EXEMPLAR,

EIVS GRATIA ET AVCTORITATE

A LEIDENSIBVS IMPETRATVM,

SACRVM ESSE VOLVIT:

TENVES ETIAM SVAS

IN VERSIONE CAETERISQVE DISPONENDIS CVRAS,

REVERENTIAE SVMMAE ET OBSERVANTIAE PERPETVAE

MONVMENTVM,

EXIGVVM SANE, SED QVOD POTVIT, MAXIMVM,

D. D. D.

EDITOR.

L E C T O R I

CANDIDO ET BENEVOLO,

S.

QUID in hoc libello præſtitum ſit, paucis accipe. Textus Arabicus tractatûs RHAZIS DE VARIOLIS ET MORBILLIS, nunc primum typis evulgatur, ad fidem archetypi codicis MS. in bibliotheca Lugduno-Batava ſervati, ex apographo, ſub curâ doctiſſimi profeſſoris H. Schultens, manu eruditi et generoſi juvenis Eberhardi Schedii exarato. Vir nobilis et ornatiſſimus CAROLUS YORKE, ANGLIÆ NOSTRÆ DECUS ET DELICIÆ, ſuppeditavit exemplar.

UBICUNQUE

Ubicunque vox in exemplari deſcribitur ſine punctis, ex quorum abſentia vel minimum de ſenſu dubium oriri potuit, vox iſta nuda pingitur in margine paginæ, ſub his literis MS. L. Idem factum eſt, ubi puncta diacritica conſultò mutantur. Ubicunque vel leviſſima ab exemplari facta eſt variatio, quæ ſenſui ſupplendo neceſſaria videbatur; iſta lectio, quam repudiandam eſſe cenſui, in margine notatur: adeo ut textus impreſſus codicis Leidenſis veritatem integram repræſentare meritò profiteatur.

Interpretationis Latinæ maxima erit commendatio, ſi fidelitati perſpicuitatem conjunctam habeat. Utrique ſanè ſtudui, de ſermonis elegantiâ parum ſolicitus, modo barbariem effugerem. Paucis doctiſſimi noſtratis Pocockii contigit felicitas, qui dum partes interpretis egit integerrimus, ſcriptoris originarii meruit honores.

honores. Nobis non licet esse tam beatis; sufficiat tantum imitari magistrum, et sequi, quamvis non passibus æquis.

Quoad modum reddendi: versio est ad literam, ut aiunt. Pressa est, et verbum verbo reddit, quantum fieri potuit, evitata solœcismi fœditate: ut non solum Rhazis periodi, verum etiam mens, verba, idioma exhibeantur. Ubi minus id passus est linguæ Latinæ genius, ad imum paginæ notatur phrasis Arabica. Quæ in vertendo voces ellipticæ supplentur, charactere Italico distinctæ indicantur. Nec bilem tibi moveant vocabula Arabica in textu Latino enuntiata; uti e. g. Sauic, Massahhakownia, Tebâshir, et alia paucissima, quorum in margine explicationem videbis: quæ ideo non vertuntur, vel quia vox nulla Latina eorum sensui ad amussim respondeat, vel quia de re ipsâ dubitetur.

Insuper obſervandum eſt, quod verſio, quoad ſenſum, cum ea conveniat, ut inter legendum facilè percipies, quam clariſſ. Meadus libello à ſe compoſito de Variolis et Morbillis ſubjunxit: quamque, ex apographo in quamplurimis locis corruptiſſimo, Meadi rogatu, confecit pari fide et elegantia, amiciſſimus mihi Reverendus admodum Thomas Hunt, S. T. P. ædis Chriſti Canonicus, in celeberrima academia Oxonienſi linguarum Hebraicæ et Arabicæ Profeſſor doctiſſimus, cujus amicitiam et familiaritatem, inter præcipuas vitæ meæ felicitates numerare glorior: cuique, in hujuſcemodi ſtudiis fautori atque auſpici, quam maximas habeo atque ago gratias.

Tot in codice Meadiano mendæ fuerant, tam crebræ lacunæ, ut virum clariſſimum deterruerint à propoſito, quod in animo dudum habuerat, textum Arabicum edendi, ſub cura ejuſdem viri doctiſſimi;

doctiſſimi; qui, pro ſummâ quâ pollet Arabicæ linguæ peritiâ, interpretationem meâ hâcce ſine dubio meliorem erat daturus, ſi codicem emendatiorem nactus fuiſſet.

METAPHRASTÆ Græco debitus honos ubique tribuitur; quem comitem perpetuum habui.

SUBJUNCTA ſunt capitula duo Rhazis: ad Almanſorem, ſc. Cap. xviii. Libri decimi; et Cap. clix. Libri DIVISIONUM dicti. Ex CONTINENTE etiam, ut vocatur, ſive Pandectis Rhazis, additur caput integrum; octavum ſc. Libri xviii. necnon Hiſtoria filiæ Hebelthuſeyn filii Habuhe, à Cl. Freindio laudata, [1] ex editione Brixiæ, A. D. 1486.

---

[1] *Ex editione Brixiæ, A. D.* 1486. Interpres fuit Feragius Judæus, Caroli, Jeruſalem et Neapolis regis ejus nominis primi, medicus. Surianus enim, qui

His alia pauca ſubnectuntur: Alſaharavii nimirum (*Codic.* Laud. N° 167, A.) ex interpretatione Hebræâ Meſhullam Ben Jonah; et Ebn Giazlæ ſectio, ex libro Tacwimo'l Abdani, ſive tabulæ ægritudinum, unde patebit, quinam fuerit curandi modus, hujus Auctoris ſeculo uſurpatus.

Ne libellus in nimiam molem excreſceret, Avicennæ tractatum non exhibeo; cæterum lectu digniſſimum, et ve-

monachus Camaldulenſis tandem evaſit, in editione Veneta, A. D. 1542, antiquam Feragii verſionem exhibuit, at Rhazis ordinem mutavit; et ad libitum, numerum librorum, et tractatuum loca, mirâ, licentiâ, dicam, an futilitate, perturbavit. Habes in præfatione confitentem reum: et, quod plus eſt, etiam de facinore ſuo gloriantem. Idem cuique patebit, qui doctiſſimi Caſirii catalogum codicum Rhazis in bibliotheca Eſcurialenſi extantium comparaverit cum editionibus Brixiæ et Venetiarum. In utraque Rhazes lingua Latino-barbara loquitur; atqui in Brixienſi, proprio ordine; in Venetâ, Suriani.

tuſtiorum

tuſtiorum [a] Arabum doctrinæ planè conſentaneum. Adduxiſſe ſupervacaneum foret profectò, cum ad manus omnium ſit parabilis, et textus Arabicus Romæ impreſſus, A. D. 1593, et Plempii verſio elegans Latina, Lovanii 1658.

Quæ in Rhazis Continente, et reliquis ejus tractatibus, necnon in cæteris quæ adducuntur veterum monumentis, regimen alvi ſpectant, hæc omnia charactere Italico imprimuntur. Ea igitur textûs portio, veluti in tabula picta, monſtrabit eorum doctrinam de purgantibus adhibendis vel evitandis: id quod non ſine fructu fore medicinæ candidatis perſuaſiſſimum habeo. Arabas, ad unum omnes, idem de hac re præcipere conſtabit: adeoque his ſatius eſſe, ex eorum ſcriptis, quam recentiorum commentis,

---

[a] Vide Freind. Epiſt. de Purgant. (4to, pag. 97, Oper. Folio, pag. 335, 336.)

celeberrimorum licet, doceri. Nec oleum et operam perdidiſſe forſitan ille queretur, qui eorum monita de cura membrorum, imprimis oculi, ſeriò perpenderit.

ANNOTATIUNCULÆ paſſim ſparguntur, quæ editori ſaltem, neceſſariæ eſſe videbantur. Si non aliam, novitatis profectò laudem mereantur; utpote ex auctoribus vel nondum excuſis, vel minimè vulgaribus excerptæ, et ad rem vel materiam medicam explicandam accommodatæ. Si nimiæ ſint, ſi TIBI minus neceſſariæ, prætergredere.

TRACTATUUM Rhazis, et CONTINENTIS capitula, antiquæ verſionis barbarie fœdata exhibere coactus fui; cum textus horum Arabicus nuſquam, quod ſciam, in Britannia ſuperſit. [3] In Eſcu-

[3] Vide Caſirii Catalog. pag. 260.

rialenſi

rialensi bibliotheca, Continentis sive Pandectarum pars maxima servatur: In codice N° 813, Liber xviii. in quo occurrit capitulum de Variolis et Morbillis, et Historia filiæ Hebelthuseyn filii Habuhe; quorum si compos fuissem, versionem novam, (non æquè horridam, confido) adaptare decreveram. At de spe tantâ ipse decidi: alios laus illa manebit. Renascetur olim literaturæ orientalis cupido; et desinet progenies tandem oritura, id nihili pendere et contemnere, quod non satis intelligit.

Reverendis, Vice-Cancellario Oxoniensi cæterisquæ bibliothecæ Bodleianæ curatoribus, maximæ debentur gratiæ, quorum permissu mihi homini inquilino, ad codicum MSS. thesaurum verè nobilem patuit accessus. Mente gratissimâ teneo, semperque tenebo, tantorum virorum beneficium, humanitate, candore, more conferendi, geminatum.

Accipe,

ACCIPE, Lector candide, libellum, qui, quoad hunc morbum, classicus appellari meruit: utilem fortè quodammodo, licet minus necessarium. Si nimiæ sint annotatiunculæ, ignoscas. Scriptitat plusquam sexagenarius! Errata, benevole, corrigas leviora; gravia, spero, nulla supersunt. Nec paucis offendare maculis, quas aut incuria fudit, aut humana parum cavit natura. Si has primitias Tibi gratas esse sentiam, ALBUCASIS, sive ALSAHARAVII, inter Arabas insignis, opus de Chirurgia, quod ex duobus MSS. in bibliotheca Bodleiana servatis olim descripsi, cuique versionem Latinam ferè novam accommodavi, brevi sequetur.

VALE.

ERRATA IN TEXTU.

Pag.	Lin.	Pro	Lege
20,	9,	الش‌اب	الشراب
30,	11,	الشران	الشراب
32,	12,	ذكرها	ذاكرها
38,	11,	الجصبه	الحصبه
66,	7,	دهم	درهم
68,	1,	بتعاهد	يتعاهد
74,	9,	لايجوز	لا يجوز
78,	14,	ويعضهم	وبعضهم
112,	4,	حبتبيٍ	حبنبيٍ
118,	2,	لبلا	ليلا
152,	5,	البابسة	اليابسة
170,	9,	قسورة	قشوره
172,	2,	الطبية	الطبيعة
	4,	واحصبه	والحصبه
174,	9,	بحتاج	يحتاج
270,	7,	يطبج	يطبج

IN

In Versione et Notis.

Pag.	Lin.	Pro	Lege
95,	11,	regimine	regimini.
149,	8,	lactens	lacteus.
52,	in not.	πειχηρων	πειγηρων.
163,		moſchatæ	moſchata.
260,		Vindelicorid.	Vindelicorum.

كتاب في الجدري والحصبة للرازي

LIBER RHAZIS

DE

VARIOLIS ET MORBILLIS:

Qui est Tractatus Quintus in Codice Bibliothecæ Lugduno-Batavæ.

بسم الله الرحمن الرحيم

كتاب في الجدري والحصبة

قال ابو بكر محمّد بن زكريا

كان جرى ذات ليلة في مجلس رجل جليل خير فاضل

محرّض علي شرح العلوم النافعة وتسهيل سهلها للناس

ذكر الجدري فذكرت من ذلك في تلك الليلة

ما حضرني فاحب هذا الرجل منح الله الناس

بطول بقاءه ان اعمل مقالة في هذا المرض مجدرة

---

[1] ليلة *Nycthemeron* Gol. Gig. Meninſki.

Bevereg. Inſtitution. Chronologic. pag. 73. (4to, 1669)—" Porro tempora ſua non per dies, ſed noc-" tes ſupputant *(Arabes)*: non enim dicunt primâ " vel ſecundâ die, ſed nocte menſis cujuſlibet. nec

متقنة

In nomine Dei ſummè miſericordis.

Liber de variolis et morbillis.

DICIT Abu Beker Mohammed filius Zechariæ:

Accidit olim, quadam [1] nocte, in conſeſſu *apud* virum generoſum, optimum, egregium, intentum ſcientiis utilibus inveſtigandis et explanandis, mentionem ab illo factam eſſe variolarum. Ipſe vero protuli eâdem nocte [2] *quæ* mihi in mentem venerunt. Voluit autem ille vir (Deus donet homines prolongatione reſidui vitæ ejus) ut componerem tractatum de hoc morbo, idoneum,

---

"tot diebus ſed noctibus quippiam actum fuiſſe, ut "inter legendos ſcriptores Arabicos ſæpiùs animad-"verti."

[2] Arab. *quæ mihi præſentia fuêre.*

متقنة مقنعة اذا لم يجد في ذلك لاحد من القدماء والمحدثين الي هذا الغاية قولاً مستقصيً ولا كافياً فعملت هذا المقالة رجاءً بثواب الله عز وجل وتحرياً لمسرته ،،

وهذا كيف * شدي فيها وهذه فصولها ،، * MS. L. حيف

باب الاول في سبب الجدري ولم صار لا كاد يفلت منه الا الواحد والواحد * من الناس ،، * MS. L. فالواحد

الثاني في ذكر الابدان المستعدة للجدري وذكر الاوقات التي يعتاد فيها الجدري كثيراً ،،

الثالث في العلامات الدالة علي فوران الجدري والحصبه ،،

الرابع

ſolidum, ſufficientem: quia talis non invenitur, vel ab uno ex antiquis, vel recentioribus, *ſcriptus*, ad hoc uſque tempus, loquens concinnè vel ſufficienter. Compoſui igitur hunc tractatum, ſperans remunerationem Dei, POTENTIS, GLORIOSI, et expectans beneplacitum ejus.

Hic verò eſt modus conaminis mei in illo, et hæc capita ejus.

العاشر

العاشر فيما يقلع قشور الجدري والحشكريشات ،،

الحادي عشر فيما يقلع اثار الجدري من العين وساير الجسد ،،

الثاني عشر في تدبير غذاء المجدور ،،

الثالث عشر في تدبير الطبيعة المجدور ،،

الرابع عشر في السليم والمهلك الجدري ،،

---

[2] Gr. τας λεπιδας και εσχαρας.

الاول

في سبب الجدري لم صار لا يكد يفلت منه
الا الواحد والواحد من الناس ومقدار ما
ذكره جالينوس في الجدري ،،

امّا من قال من الاطباء ان الفاضل
جالينوس لم يذكر الجدري ولم يعرفه البتّة
فانه ممن لم يقراء كُتُب جالينوس او ممن
مرّ عليها صفحاً فان جالينوس وصف في
المقالة الاولي من قاطاجانس فقال انه ينفع من
كيث وكيث ومن [1] الجدري ،،
وقال في اول المقالة الرابعة عشر من [2] النبض علي

[1] κατα γενος—Vide Galen. περι συνθεσεως φαρμακων των κατα γενη—εστι δε και τοις ιονθοις το φαρμακον χρησιμον. Edit. Aldi, tom, ii. fol. 6. lin. 5.

نحو

CAPUT I.

De causâ variolarum. Quare fiat, ut has non effugiat, nisi unus et alter ex hominibus: summa etiam eorum quæ de variolis memoravit Galenus.

ILLE profectò ex medicis qui dixerit, præstantissimum Galenum nec variolas memorasse, neque novisse omninò, ex iis est, qui scripta Galeni nunquam legerunt, vel folia tantùm volutando per illa transiverunt. Galenus etenim præscriptum exhibet in tractatu primo [1] κατα γενος, et dicit, " juvat quidem hoc et " illo modo, et contra variolas."

DICIT etiam in initio tractatûs decimi quarti de pulsibus, [2] prope primum fo-

---

[2] Galen. περι προγνωσεως σφυγμων βιβλ. β. fol. 67.b. à lin. 37 ad 43. Edit. Aldi, tom. iii.

نحو ورقة منها ان الدم قد تـتـعفن تعفنـاً
شديداً جدّاً ويبلغ من افراط لهيبها ان يحرق
الجلد ويحدث فيه الجدري والحمرة المتـقـشرة
التي يكون معهـا ياكل ،،

وقالـ في [3] التاسعة من منافع الاعضاء ان الفضول
الباقية من الاغذية ممـا لا تستحيلـ الي الدم
وتبقاء في الاعضاء تعفن وتحبد علي الامر الاكثر في
طـولـ الايـام حـتي تـولد الحمرة والجدري
والساعية ،،

وقالـ في الرابعة من طيماوس ان القدمـاء كانوا
يوقعون اسم الفلغموني * علي كل شيء تلهب فيه

* MS. L. فلمغوني

[3] Galen. de uſu partium (Edit. Aldi, tom. i.) lib. ix. fol. 52. lin. 35.—το δε που και σηπεται τῳ χρονῳ ταυτι τα συνεστωτα περιττωματα, και οὑτω δριμυτερα τε και θερμοτερα γινομενα φλεγμονας, και ερυσιπελατα και ἑρπητας

الحرارة

lium ejus, " —— ſanguis aliquando pu- Cap. I.
" treſcit putreſcentiâ vehementi valdè,
" et eò perventum eſt ab exceſſu in-
" flammationis ejus, ut uratur cutis, et
" eveniant in illâ variolæ et anthrax ex-
" corians, adeo ut ab illis erodatur."

Et dicit, in nono de uſu partium,
" —— partes redundantes alimentorum
" quotquot in ſanguinem non conver-
" tuntur, ſed remanent in membris,
" putreſcunt, et in molem creſcunt in
" progreſſu temporis: adeo ut tandem
" generetur anthrax, et variolæ, et [4] *in-
" flammationes proſerpentes.*"

Et dicit, in quarto ad Timæum,
" Antiqui porrò nomen *φλεγμονη* dede-
" runt omni rei in quâ *calor* inflamma-
" tur:"

και ανθρακας και πυρετας, και μυριων αλλων οχλον αποτικτει νοσηματων.

[4] Vide *Caſtel. Col.* 2493, in סוע; et *Avicen* (Romæ 1593, fol.) in voc. انسان tom. i. pag. 136. lin. 10. والاورام الساعية

الحرارة * مثل الحمرة والجدري وهذه الامراض تتولد
عندهم من المرار ،

فامّا من قال انه لم يذكر له علاجاً خاصياً ولا
كافياً ولا سبباً مقنعاً فقد صدق وذلك انه لم
يذكر فيه الا هذا الذي ذكرناه اللهم الا ان
يكون قد ذكر ذلك في كتبه التي لم تخرج الي [5]
العربي ، علي اني قد اطلت واستقصيت سوال [6] اهل
اللغة السريانية واليونانية عن ذلك فلم يكون
فيهم ولا واحد زادني علي ما ذكرت عنه بل اكثرهم
لم يعرف ما ذكرته فصلاً عن ان يزيد عليه

MS. L. الجرارة Cl. Mead legerat الحمرة rubedo.

5 *Arabicè prodierunt*. hinc verisimile est, Rhazen versionem Galeni consuluisse, ubi ἰονθοι, vel φλεγμοναι, vel ἑρπητες, per جدري reddebantur; atque inde ortam esse opinionem, hunc morbum Galeno notum

واني

" tur;" uti, e. g. anthraci, et variolis: et hi morbi, ſecundum illos, à bile geniti ſunt. Cap. I.

Atqui ille qui dixerit, illum (*Galenum* ſc.) non memoraſſe earum curam particularem neque ſufficientem, nec cauſam ſolidam, profectò verum loquetur. Ille etenim nil de hoc morbo tradidit præter hæcce quæ memoravimus. Per Deum! ſed fieri poteſt, hæc etiam illum memoraſſe in libris ſuis qui nondum Arabicè prodierunt. Me quod attinet, ipſe inquiſivi jamdudum, accuratiſſima inquiſitione, interrogans [6] linguâ Syriacâ et Græcâ utentes *medicos* de hac re: at inter illos ne unus quidem fuit, qui mihi aliquid addidit his quæ ex illo memoravi. Imò plerique eorum non noverunt, quid per iſta voluit, quæ diſtinctè memoravi. Ipſe profectò de hoc

---

fuiſſe. Vide not. p. 10 & 11, جُدِرَ variolis puſtuliſve corripi ſignificat. inde nomen جُدَرِيّ variolæ.

[6] *Arab.* familiam linguæ Syriacæ et Græcæ.

miratus

واني لمتعجب من ذلك وكيف تجاوز جالينوس هذا
المرض مع كثرة حدوثه وشدّة الحاجة الي علاجه
وحرصه علي اسباب الامراض وعلاجها ؟؟
فاما المحدثون فانهم وان [7] كانوا قد ذكروا من
علاج الجدري اشياءً علي غير تحديد ولا تفصيل
فليس منهم ولا واحد ذكر السبب في كونه ولم صار
لا يكاد يفلت منه ولا واحد من الناس ولا وضع
ضروب علاجه في مواضعها ومن اجل ذلك ارجوا
ان يكون ثواب هذا الرجل الباعث لنا علي
عمل هذه المقالة وثوابنا مضاعفة اذ نحن ذكرنا
ما يحتاج اليه من علاج وحددناه وفصلناه ووضعناه
بمواضعه بمشية الله ؟؟

---

7 *Arab.* etiamsi de cura variolarum res quasdam

فلنبتدي

miratus ſum, et quomodo Galenus præ- Cap. I.
teriverit hunc morbum, tam frequentèr
oborientem, tamque curâ egentem, ille
qui in cauſis et curâ morborum inveſti-
gandis ita fuerat aſſiduus.

Recentiores quod attinet: etiamſi
de curatione variolarum [7] aliqualis ab
eis facta ſit mentio, nec accurata neque
diſtincta; nihilominus ex iis ne unus
quidem eſt qui memoravit cauſam ejus
morbi efficientem, et quare eveniat, ut
illum vix effugiat vel unus mortalium:
nec tradidit ſpecies curationis ejus in locis
ſuis. Propterea igitur, ſperamus, remu-
nerationem illius viri qui nos ad hunc
tractatum componendum excitavit, et
noſtram paritèr, fore duplicatam: quem-
admodum memoravimus curam illi ne-
ceſſariam, atque in locis propriis diſtri-
buimus. Volente Deo.

---

memoraverint ſine accuratione & ſine diſtinctione,
&c.

فلنبتدي الان بذكر السبب الفاعل لهذا الداء
ولِمَ لا يكاد يفلت منه ولا الواحد من الناس ثم
فيما يتلو ذلك فصلاً فصلاً فنقول في كل واحد
منها بقدر ما نراه كافياً بعون الله [a]
واقول ان الانسان منذ يولد الي ان يهرم لا
يزال يزداد يبساً ومن اجل ذلك فدماء الصبيان
والاطفال كثيرة الرطوبة بالقياس الي دماء
الشباب فضلاً من دماء المشايخ وفي مع ذلك كثيرة
الحرارة وقد شهد بذلك جالينوس في تفسيره لكتاب
الفصول وقال ان حرارة الصبيان اكثر كمية
من حرارة الشباب وحرارة الشباب اشد كيفية
ويتبين ايضاً ذلك من جودة الافعال الطبيعية

---

[a] Græca verſio — των τε αυξησεων και πεψεων, και

وفي

Exordiamur nunc igitur memorando causam efficientem hujus morbi, et cur fiat, ut vix ullus mortalium illum effugiat: deinde reliqua quæ huc pertinent, sectione post sectionem: et in singulis dicturi sumus, eâ ratione quæ nobis sufficiens videbitur. Cum auxilio Dei. Cap. I.

Dico igitur, hominem ex quo natus est, ad senectutem usque indesinenter ad ariditatem tendere: atque inde esse quod sanguis puerorum et infantium humiditate sit abundantior, comparatus cum sanguine juvenum, multò magis præ sanguine senum: sitque insuper calore abundantior. Hoc etiam jam docuit Galenus in commentario in librum Aphorismorum: dicit enim, "calor puerorum calore juvenum quantitate major est, et calor juvenum qualitate vehementior est." Quod et demonstratur ex bonitate operationum naturalium, [8] *videlicet, digestionis, et augmenti, et*

αποδοσεων εν παισι—(Fol. Paris. 1548, apud Rob. Stephan.) pag. 244, lin. ult..

وفي الهضم والنسو والنماء في الصبيان ومن اجل
ذلك يشبه دماء الاطفال والصبيان العصارات
التي لم يبتدي فيها الطبخ المودي الي النضج
التام ولم * يقع فيها الحركة الي الغليان ٭
ويشبه دماء الشباب ما قد غلي [9] ونشّ من
العصارات وانفشت عنه كثرة الابخرة وفضولها
كالشراب الذي قد هدا وسكن واستحكمت
قوّته ٭
واما دماء المشايخ فيشبه الشراب الذي قد
انفشت عنه قوّته وقرب ان يبرد ويصير خلاً
ويكون الجدري عند عفونة الدم وغليانه وانفشاش
عنه فضول * الابخرة وينقلب من دم

* MS. L. وليمن

* MS. L. فصول

---

9 Arab. ونش Gol. in voce—Græca verſio—καὶ الطفولية

corporis incrementi, in pueris. Quapropter aſſimilatur ſanguis infantium et puerorum muſtis (*ſive* ſuccis expreſſis,) in quibus nondum incepit fieri coctio perducens ad maturationem perfectam, et in illis nondum contigit motus, ad ebullitionem *excitandam.*

ASSIMILATUR autem ſanguis juvenum muſto, quod jam efferbuit, [9] *ediditque ſonum*, et evaporavit ex illo abundantia vaporum, et ſuperfluitatum ejus; uti vinum, quod jam quievit, et ſedatum eſt, et vis ejus perfecta.

SANGUIS autem ſenum, veteri aſſimilatur vino, ex quo jam evaporata eſt vis ejus, et in promptu eſt ut frigeſcat, & fiat acetum. Variolæ etiam fiunt, quando putreſcit ſanguis, et ebullit, ut ex eo evaporentur ſuperfluitates vaporum ejus, et permutetur à ſanguine infantili,

---

εκφυσησαντι, pag. 245, lin. 3.

qui

الطفوليّة المشبه للعصارات الي دم الشباب المشبهة

للشراب النضيج ويشبه الجدري نفسه الغليان

والتشيش الحادثين في العصارات في ذلك الوقت ،،

ومن اجل ذلك لا يكاد يسلم الصبيان وخاصة

ـالذكورة لانه لا بد من انقلاب الدم من هذه

الحالة الي الحالة الثانية كما انه لا بد من

انقلاب العصارات التي لها ان تنش وتغلي

في الحال التي يصير اليها بعد التنشيش والغليان

وقلما * يتفق مزاج طفل او صبي يمكن

ان ينقلب فيه الدم من الحالة الاولي الي الثانية

قليلاً قليلاً وشيئاً بعد شيٍ وفي زمان طويل

لا يظهر هذا الغليان والتشيش في الدم لان هذا

المزاج ينبغي ان يكون بارداً يابساً ومزاج

الصبيان

* MS. L. وقلما

qui mustis comparatur, in sanguinem juvenum qui vino maturo similis est. Variolæ ipsæ etiam ebullitioni et effervescentiæ sono, qui in mustis accidit in illo tempore, comparandæ sunt. Cap. I.

Atque eâ de causâ non fit, ut pueri immunes evadant ab hoc morbo præcipuè masculi; nequaquam etenim evitari potest sanguinis mutatio ex hoc statû, in statum secundum; uti nequaquam evitari potest mutatio mustorum, (quorum natura est ut sibilent et effervescant,) in statum illis futurum post effervescentiæ stridorem, et ebullitionem. Et rarò quidem evenit, infantis aut pueri temperamentum tale esse, ut possibile sit ut sanguis in illo commutetur ex statu primo in statum secundum, [10] paulatìm, pedetentim, et in tempore diuturno, adeo ut non appareat in sanguine hæcce ebullitio, et sibilationis stridor. Oportet etenim id temperamentum esse frigidum et siccum. Verum enimvero puerorum

[10] *Arab.* paulatìm paulatìm, et res post rem, etc.

tempe-

الصبيان بالضد من ذلك وتدبيرهم ايضاً كذلك
اذ غذي الاطفال من اللبن ،،

واما الصبيان فانه ان لم يكن غذاهم من
اللبن فانهم [11] اقرب غذايه من ساير الانسان
وتخليطهم ايضاً اكثر وكذلك حركاتهم ايضاً
بعد الغذا فمن اجل ذلك قل ما يغلت
صبي من هذا المرض وتختلف بعد ذلك احوالهم
فيه علي حسب امزاجتهم وتدابيرهم وسجاياتهم *
والهوا المحيط بهم وحال الدم الذي في عروقهم
في كميته وكيفيته فيسرع الي بعض ويبطي في
بعض ويكثر في بعض ويقل في بعض ويكون ردي
الكيفية جداً في بعض واقل رداة كيفيه في بعض ،،

* MS. L. وسحانتهم

---

[11] اقرب repono—in MS. L. اقوي legerat Cl. Meadus, i. e. valentior (cibus nimirùm). Verſio

فامـا

temperamentum huic planè contrarium uti et regimen eorum, etiam: quoniam infantium diæta eſt ex lacte. Cap. I.

Etiamque pueri, licet eorum alimentum ex lacte non ſit, [11] nihilominus huic propiùs accedit, quam cæterorum hominum *cibus*; et eorum miſtura eſt etiam major, pariterque motus eorum, poſt cibum: et propter has rationes, rariſſimè quidem, effugit puer immunis ab hoc morbo. Tum poſtea fit ſtatuum illorum in iis mutatio, ratione habitâ ad eorum temperamenta, et regimen, et indolem, et aërem illos ambientem, et ſtatum ſanguinis qui eſt in vaſis eorum, in quantitate et qualitate: in quibuſdam etenim celeriter fluit, in aliis tardius movetur; in his abundat, in aliis deficit; in quibuſdam qualitate pravus eſt valdè, in aliis minùs qualitate pravus.

Græc. ει δε και ε τρεφονται εκ τε γαλακτος, αλλ᾽ ουν εξ ὑπογειε (υπογυιε fortè legend.) και εγγυς ταυτην εκεκτηντο διαιτην και τροφην, ἡ και αλλαι ἡλικιαι ἁπασαι. pag. 245, lin. 22—23.

فامّا الشباب فلان دماهم قد انتقلت الي
الحالة الثانية واستحكم نضجها وانتفش عنها
فضول الرطوبة التي توجب العفن فلا يحدث
هذا المرض الا بالواحد بعد الواحد منهم وذلك بمن
كان الدم الذي في عروقه كثير الرطوبة او ردي
الكيفية ملتهباً جداً او كان قد جدر في صباه
جدرياً خفيفاً لم يتّم به نقل الدم الي الحالة
الثانية ويتفع * من ذلك لمن كان بليد الحرارة
او غير غزير الرطوبة ولمن جدر في صباه جدرياً
ضعيفاً وكان * يابساً نحيف البدن بليد الحرارة
ساكناً [12] فلما بلغ سن الشباب يدبر تدبيراً
محصناً لبدنه او تدبيراً ما [13] مفسد لدمه ما

* MS. L. ودمع

* MS. L. وكا

---

[12] Gr. verso πεπαυμένη.

وامـا

Cap. I.

JUVENES autem quod attinet, quemadmodum ſanguis eorum jam converſus ſit in ſtatum ſecundum, et abſoluta ſit ejus maturatio, et ex illo evaporatæ ſint ſuperfluitates humiditatis, quæ putredinem neceſſariò inducunt; iis quidem hic morbus non accidit, niſi uni poſt alium ex iis: et id quidem in iis, quorum ſanguis qui eſt in vaſis eorum, eſt vel abundanti humiditate; vel qualitate pravus, valdè inflammatus: vel iis qui in pueritiâ eorum variolis correpti fuerant levioribus, in quibus non perfecta fuerat per has, ſanguinis mutatio in ſtatum ſecundum. Iis etiam accidunt, quibus calor eſt hebes, vel humiditas non copioſa: et iis qui in pueritiâ eorum variolis correpti fuerant debilioribus, quique corpore ſunt ſicci, macilenti, calore hebeti, 2 quieto: quique, quum juventutis annos attigerant, regimine uſi ſunt, quô corpus carnoſum firmumque evaderet; vel regimine, ſanguinem eorum corrumpente.

---

[13] MS. L. confuſe vox deſcripta eſt. Gr. verſio διαφθείρασαν.

وامّا المشايخ فلا يكاد يحدث بهم هذا لداء الا * في حالات الهوا الوبية || العفنة الرادية التي يكثر فيها هذا الداء جداً فان [14] الهوا العفن الجاوز لاعتدال الي الحرارة والرطوبة جداً والهوا الملتهب يعين علي ثوار هذه العلة ينقله الروح التي في بطني القلب الي مثل مزاجه ثم نقله جميع الدم الذي في الشريانين بتوسط القلب الي مثل تلك الحالة ٠٠

* MS. L. لا الوبئة ||

فقد قلنا في سبب الجدري قولاً كافياً موجزاً مختصراً ونحن الان قايلون في الابدان المستعدة للجدري والحصبه ٠٠

---

14 Gr. verſio — διοτι εκβεβηκως την συμμετριαν ακρον προς την θερμοτητα και ὑγροτηται, και το θερμον καϊαςημα,

Quoad ſenes autem, non fit ut accidat illis hic morbus niſi in ſtatibus aëris peſtilentialibus, putridis, malis, in quibus hic morbus vehementer abundat. Aër etenim putridus juſtam temperiem multò tranſgreditur, ad calorem et humiditatem *vergens*; et aër inflammatus, impetus hujus morbi promovet, convertendo ſpiritum qui eſt in duobus cordis ventriculis, in temperiem propriam; deindè convertit totum ſanguinem qui eſt in arteriis, mediante corde, in ſtatum ſibi ſimilem. Cap. I.

Et jam diximus de cauſâ variolarum, ſermone ſufficienti brevi, compendioſo. Dicturi ſumus adhuc, de corporibus diſpoſitis ad variolas et morbillos.

συντεινει προς το νοσημα, διοτι μετακομιζει το πνευμα το εν ταις δυσι κοιλιαις της καρδιας προς την ιδιαν κρασιν, etc. pag. 245, lin. 39—41. pag. 246, lin. 1.

CAPUT

الثاني

في ذكر الابدان المستعدّة للجدري والاوقات التي تكثر فيها الابدان المستعدّة للجدري ؛؛

هي بالجملة الرطوبة * البيضة والخصبة اللحم الالوان المشرّبة حمرة والادم ايضاً اذا كانت مع خصب اللحم والتي تكثر وتسرع اليها الحميات الحارة والمطبقة والرعاف والرمد والبثور البيض الحمر والتخم المستكثرة من الاشيا الحلوة ولاسيما التمر والعسل والتين والعنب وصنوف الحلوا التي معها غلظ والمتانة كالعاصيد * والفالوزجات [1] وكثرة التبل من الشراب واللبن ؛؛

* MS. L. البيض والخصبة الحم

* MS. L. كالعاصيدة والفالوزجان

---

[1] *Et faluzedgat :* pulmenta et potiones ex amylo, polline, aquâ, et melle. (*Meninſki* Theſaur. Vienn.

تاما

CAPUT II.

De corporibus ad variolas aptis et dispositis: et de anni tempestatibus, in quibus abundant corpora ad variolas disposita.

HÆC sunt in universum, humida, et alba, et carne repleta, benè colorata, et temperata, et rubra: fusca etiam quando cum carnis abundantiâ sint: et illa, in quibus abundant et sæpiùs invadunt febres calidæ et continuæ: et hæmorrhagia (narium *præcipuè*) et ophthalmia, et pustulæ albæ, rubræ, et vesiculæ. Illa etiam quæ multum comedunt rerum dulcium, præcipuè dactylorum et mellis, et ficuum, et uvarum; et omnis speciei rerum dulcium, in quibus est crassities et densitas, uti pulmentorum, et [1] Faluzedgat; et abundant usû vini et lactis.

1680, Col. 689.) پالوذه *Persic. Turcic.*;—فالوز et فالوزج *Arab.* hinc plural. فالوزجات

فامّـا الابدان النحيفة المرارية الحارّة اليابسة فانها مستعدّة للحصبه دون الجدري وان جدرت لم يخل ان يكون جدريها قليل العدد متفرقـاً ضعيفاً او رديّاً جدّاً مايلاً ماحلاً يابسـا بعفن ولا بنضج ،،

وامّـا الأبدان النحيفه اليابسة مـع برد المزاج فغير مستعدّة للجدري والحصبه وان جدرت كان ذلك بهـا قليلاً ضعيفاً هادياً ساكناً سليمـاً مع حميات هادية لينة علي انهـا تطفيه منذ اوّل الامر الي اخره ،،

فامّـا الاوقات التي يعتاد فيهـا كون الجدري ويكثر فانـا ذكرها فاواخر الخريف وابتداء الربيع واذا كان في الصيف امطـاراً متواتـرة وهبت

جنايب

CORPORA autem macilenta, biliosa, calida, sicca; talia ad morbillos magis quam variolas disposita sunt: et, si variolis correpta fuerint, non fieri potest, quin sint numero paucæ illorum variolæ, distinctæ invicem, debiles: vel è contrà pravæ maximè, numerosæ, steriles, siccæ, cum putredine, et non cum maturatione.

CORPORA autem macilenta, sicca, cum temperamenti frigiditate, nequaquam disposita sunt ad variolas et morbillos. Quodsi tamen variolis correpta sint, in illis hæ erunt paucæ, debiles, moderatæ, stabiles, tutæ, cum febribus moderatis, levibus, (talia etenim *corpora* has extingunt) à principio rei ad finem usque.

QUOAD anni tempestates, in quibus oriuntur variolæ, et abundant, jam dicturus sum. Extrema porrò sunt autumni, et veris initium, et quando per æstatem pluviæ sunt [a] intensæ, crebræ, et

[a] *Arab.* متواترة aliæ alias consequentes.

جنايب كثيرة متتابعة واذا كان الشتاء دفياً جنوبياً ،،

وامّا اذا كان الصيف قوي الحرارة واليبس وكان الخريف حاراً يابساً وابطا المطر جدّاً فان الحصبه* تسرع الي المستعدّين لها وهم اصحاب الابدان الحارة النحيفة المرارية ،،

وربما اختلف ذلك من اجل البلدان والمساكن واحوال في الهوا خفية توجب ذلك فيعتاد ويكون في غير هذه الاوقات وحينئذٍ ينبغي ان تاخذ في الاحتراس منها اذا رايتها قد احدث* تبتدي وتتغشوا في الناس علي ما انا ذاكره فيما بعد ،،

* MS. L. الحسبه

* MS. L. اخذت

venti auſtrales flant multi et continui ; et quando hyems tepida eſt et auſtralis. Cap. II.

Quando autem æſtas fuerit valdè calida et ſicca, et autumnus calidus, ſiccus, et pluviæ retardatæ admodum, morbilli tunc celeriter invadunt eos, qui ad illos diſpoſiti ſunt ; hi verò ſunt homines, calidis, macilentis, bilioſis corporibus.

Persæpe etiam hæc mutantur, cauſâ regionum, et domiciliorum, et ſtatuum in aëre occultorum, quæ illos *morbos* neceſſariò inducunt et ad illos diſponunt : unde fit ut in aliis etiam tempeſtatibus, oriantur. Tunc igitur oportebit, ut ſummam adhibeas diligentiam circa præſervationem ab his *morbis* ſtatìm atque videris illos incipere, atque in homines graſſari, ſecundum ea quæ in ſequentibus memoraturi ſumus.

الـثـالـث

في الـعـلامـات الدالـة علي ثوران الجدري والحصبه ،،

تـتـقدم ثوران الجدري حمي مطبّقـة ووجع الظهر وحكاك الانف والتفزع في النوم وهذه اخصّ العلامات بكونه لاسيمـا وجع الظهر مع الحمي ثـم النخس الذي يجده العليل في جميع بدنه وامتلاء الوجه وارتداده حينًا واشتعال اللون وشدّة حمرة الوجنتين اخري واحمرار العينين وثقل الجسد كلّه [1] وكثر التملي العلامات التمطي والتثاوب

[1] MS. L. وكثر التملى العلامان التمطى والتماد Hæ voces punctis diacriticis in exemplari meo carent, et confusæ pinguntur ; ita legendæ mihi videntur.

ووجع

CAPUT III.

De ſignis indicantibus eruptionem variolarum et morbillorum.

ERUPTIONEM variolarum præcedit febris continua, et dolor dorſi, et pruritus naſi, et terror in ſomno, et hæc ſunt ſigna magis propria illarum inſtantium, præcipuè dolor dorſi cum febre: dein punctio, quam invenit æger in toto corpore ſuo, et repletio faciei, tunc reductio ejus *in primum ſtatum* extemplo: et coloris inflammatio, et vehementia ruboris in genis ambabus, poſteà: et rubedo oculorum; et corporis totius gravitas: [1] et abundans inquietudo, *cujus* ſigna *ſunt* pandiculatio et oſcitatio,

---

At hæreo et nihil definio. Græca verſio—επι τουτοις και σκορδινασμος, και χασμη συχνη—pag. 247, lin. 3. και οδυνη εν τῳ λαιμῳ και εν τῳ θωρακι, etc.

et

ووجع في الحلق والصدر مع شيء من ضيق النفس

والسعلة * وجفوف الفم وغلظ الريق وبحّة الصوت

* MS. L. والشعلة

والصداع وثـقل الراس والقلق والضجر والغشي

والكرب غير ان القلق والغشي والكرب في الحصبه

اكثر منه في الجدري ووجع الظهر بـالجدري

اخص منه بالحصبه وسخونـة الجسد كلّه واشتعال

لونه وبريقه * وحمرتة وتـشـتد حمرة اللثه خاصةً

* MS. L. وبونعه

فاذا رايت هذه العلامات او بعضهـا لاسيمـا

اقواها كوجع الظهر والتفزع مع الحمي المطبقـة

فاعلم انه سيثور بالعليل جدري او حصبه غير

انه لا يكون في الحصبه من وجع الظهر ما يكون

مع الجدري ولا في الجدري من الكرب والغشي

ما يكون مع الحصبه الا ان يكون جدرياً رديا

ودال ان الحصبه يكون من دم مراري جداً ،،

واما

et dolor in gutture et pectore, cum pauculâ spiritûs arctatione, et tussi; et oris ariditas, et salivæ crassities, et vocis raucedo, et cephalalgia, et gravedo capitis: et animi inquietudo: et tædium, et nausea, et mœror: (nisi quod inquietudo, et nausea, et mœror, in morbillis abundant magis quam in variolis: et dolor dorsi, variolis peculiaris magis sit, quam morbillis:) et calor totius corporis, et inflammatio coloris ejus, fulgor etiam, et rubedo: rubedo gingivarum intensa præcipuè. Et quum videris hæc signa, vel quædam ex eis, præcipuè vehementiora eorum, uti sunt, dolor dorsi, et terror, cum febre continuâ, certò scias, ægroto, variolarum aut morbillorum eruptionem instare. Atqui illam, in morbillis non comitabitur dolor dorsi tantus, quantus in variolis; nec in variolis è contra, mœror et nausea, quantæ cum morbillis sunt; nisi variolæ sint pravæ: et *hæc* monstrant morbillos oriri, ex sanguine summè bilioso.

[a] واما الجدري السليم [3] فيكون كمية الدم فيه
اكثر من رداته ومن اجل ذلك يكون معه وجع
الظهر لتمديد * العرق والشريان العظيمين
الموضوعين علي فقار الصلب ،،

* MS. L. لممدد

---

[a] Gr. verſio—ἡ δε επιεικης λοιμικη πλειονα εχει την ποσοτητα τȣ χρηστȣ αἱματος, τȣ μοχθηρȣ και διεφθαρμενȣ, και δια τȣτο συνεδρευει αυτη ἡ οδυνη τȣ νωτȣ, etc. pag. 247, lin. 14—16.

In variolis autem ſalutaribus, [3] ſanguis quantitate *peccat* magis quam pravitate: atque inde eſt, quod oriantur cum dolore dorſi, propter extenſionem venæ et arteriæ majorum, quæ ſitæ ſunt ſuper vertebras ſpinæ dorſi.

Cap. III.

---

[3] *Arab.* erit in illis quantitas ſanguinis, plus quam pravitas ejus, *peccans*, etc.

الـرابـع

في ذكـر اعراض تدبير الجدري جملاً ،،

فلنذكر الانـــاً اعراض تدبير الجدري جملاً ،،

فاولهـا الاحتراس قبلـ ظهور علاماته وانهاية بعد
ظهور علاماته ،،

والثاني فيمـا يسرع بابرازه واظهاره ،،

والـثـالث العناية بامر العين والاجفان والاسماخ
وداخل الانفـ والحلقـ والمفاصل لكن لا يكون
منه فيهـا ما يورث عافنة ،،
والرابع فيمـا يعجلـ نضجه ،،

---

[1] *Arab.* اعراض i. e. accidentium.

والخامس

CAPUT IV.

De enarratione [1] articulorum *regiminis in variolis, universalitèr.*

JAM verò memoremus articulos regiminis in variolis, universalitèr.

PRIMUS eorum est, præservatio *adhibenda,* priusquam appareant signa earum; et cohibitio earum, postquam apparuerint signa earum.

SECUNDUS, de illis quæ accelerant eruptionem, et apparitionem earum.

ET tertius, providentia circa oculos, et cilia, et meatus aurium, et interiora narium, et guttur, et articulos, ut nulla in iis *hæreat* aut infixa sit putrescentia.

QUARTUS etiam, de illis quæ maturationem earum accelerant.

والخامس تجبل تجفيفه ،،

والسادس [2] الردي المهلك وخلع خشكريشته ،،

والسابع [3] [فيما يذهب اثار الجدري] ،،

[والثامن فيما يغذا به المجدور] ،،

والتاسع حفظ الطبيعة بعده من الانحلال ،،

والعاشر علامات السليم والمهلك منه ،،

وانا قايل في كل عرض من هذه قولاً قصيراً
كافياً ان شا الله ،،

---

[2] *Pravæ lethales* : has duas voces alterius eſſe loci monſtrat titulus Cap. VI. ubi non extant.

[3] [Deſiderantur hic argumenta Cap. VII. et VIII. quæ quum ad marginem Lugdun. Codicis adjunxiſſet

الخامس

QUINTUS, acceleratio deficcationis earum. Cap. IV.

SEXTUS, [a] *pravæ, lethales.* De fquamis amovendis.

SEPTIMUS, de illis quæ auferunt veftigia variolarum.

OCTAVUS, de alimentis ejus qui variolis laborat.

NONUS etiam, de naturæ præfervatione à diarrhœâ, poft illas.

ET decimus, figna fanabilium et lethiferarum, ex illis.

IPSE verò dicturus fum de omnibus his articulis, fermone brevi, fufficienti. Si voluerit Deus.

---

librarius Arabs, incuria bibliopegi perdidit, funt ex fequentibus capitum infcriptionibus reftituenda—in Marg. MS. adhuc fupererant extrema verba ينخذا به] titul. Cap. VIII.

الخامس

في الاحتراس من الجدري قبل ظهوره ومنعه ان يكثر بعد ظهوره [1]

ينبغي ان يفصد لمن كان من الصبيان والغلمان والفتيان لم جدروا او جدروا جدريا ضعيفا ولاسيما في الاحوال والازمان ولاصحاب الامزاج التي ذكرنا قبل ان يحموا وتظهر بهم علامات الجدري يفصد من قد بلغ اربع عشرة سنة وحجامة من هو دون هاولا ويبرد مجالسهم ويجعل طعامهم * المطفيات [2] والعدسية الصفراء

* MS. L. الطعمان

[1] *Arab.* ante apparitionem earum — poft apparitionem earum.

[2] والعدسية Decoctum five edulium ex lentibus,

والحصرمية

CAPUT V.

De præſervatione à variolis, [1] *antequam apparuerint; et de prohibitione ne multiplicentur, poſtquam apparuerint.*

OPORTET ut detrahatur ſanguis illis qui pueri ſunt, et adoleſcentes, et juvenes, qui vel nondum variolis fuêre correpti, vel qui correpti *fuerunt* olim variolis languidis *debilibus:* (et præcipuè in iis ſtatibus et temporibus, in iis etiam qui tali ſint temperamento, quale ſuprà retulimus) antequam febricitent, et appareant in illis ſigna variolarum. Venæſectio nimirum in illis fiat, qui annum decimum quartum attigerint: illis autem qui ætate minores ſint, cucurbitulæ admoveantur. Cubicula eorum refrigerentur: cibus eorum ſit extinguens *calorem,* ex [2] lentibus flavis, et

[2] *Gol.* conficitur ex lentibus flavis ad ſolutionem ferè in aquâ coctis, additis aceto rubro, coriandro, ſale. *Ebn Giazla* in voc. عدسية مزورة

ex

[3] والحصرمية [4] والسكباج والقريس * المتخذ من الجداء [5] والهلام والاهال المعمول من العجاجيل [6] والمصوص من الدراج والدجاج والتدراج والثرايد * المعمولة من هذه بماء الحصرم ، ويسقون الماء البارد بالثلج او ماء العيون الصادق البرد ويرش في مساكنهم منه ويعتاهدون الرمان الحامض والمز ربوب *

* MS. L. والقريص

* MS. L. والدوار

* MS. L. والمزوريون

---

3 والحصرمية Jusculum ex carne hœdina vel agnina, vel gallinis, cum succo uvæ acerbæ paratum: parandi modus ab *Ebn Giazla* traditur in voc. حصرمية

4 والسكباج Sicbâdg. Vide *Castel. Lex.* Col. 2523, N° 14.—*Ebn Giazla* tres hujus species colore varias recenset: albam, sc. flavam crocô, rutilam cnici flore tinctam.

5 والهلام—هلام هو مرق السكباج المبرد المصفي من الدهن وهو كالمصوص Holâm est jus tenue *Sic-*

الغواكه

ex [3] omphacino: et *cibus iste acidus ex carnibus conscissis*, [4] Sicbâdg *dictus*: et Gelatina ex hœdorum *pedibus* parata: et [5] jusculum tenue *edulii* Sicbâdg *dicti*, à pinguedine defæcatum: juscula etiam ex carne vitulinâ parata; item [6] juscula ex attagenibus, gallinis, phasianis. [7] Harum etiam conscissæ carnes, cum succo uvæ acerbæ paratæ. Et bibant aquam nive refrigeratam, vel aquam fontanam puram frigidam; quâcum etiam cubicula eorum conspergantur. Utantur frequenter malis Punicis acidis, et lambant succos fructuum acidorum et stypticorum inspis- Cap. V.

---

bâdg ab adipe defæcatum: idem ferè ac Matzoutz. —*Ebn Giazla.*

[6] *Arab.* والصوص et Matzoutz—juscula sc.

[7] *Harum etiam conscissæ carnes.* In exemplari vox Arabica والمود sine punctis diacriticis, et literis minimè distinctis picta est; والثرايد legi: at hæreo maximè. Græca versio τροφη δε χρηστεα, τοις δι' ομφακιων εψημενοις, τοις δε οξυδεσι πηκτοις, και τοις απλως οξυδεσι, και ταγηνοις οξυτοις, και θριδακιναις—pag. 247, lin. 33, 34.

 satos;

الفواكه الحامضة والقابضة كرب الرمان [8] والريباس
ورب حماض الاتراج والحصرم والتوث الشامي ونحوها
ومن كان منهم اسخن مزاجاً واكثر تلهباً
فليأخذ بالغدوات ماء الشعير [9] المحكم الصنعة
وقد صب عليه رُبعة ماء الرمان الحامض ، ومن
كان اقل التهاباً من هاولاي فليعطا * بالغدوات
شرباً من [10] سويق الشعير والسكر واعتمد في

* MS. L. فليغطا

---

[8] والريباس et ribas: lapathi acetosi species, cujus rubicundus acidusque succus, ad tertias coctus, rob de ribes vulgo dicitur. *Gol. Lex.* Col. 930. *Castel.* Col. 3503. De hac plantâ, vide plura apud Hyde de Relig. Veter. Persar. pag. 540—546. (Oxon. A. D. 1760.)——" Ibidem *(Chorasanæ sc. in montibus* " *prope Neisabour)* et planta celeberrima, et Euro- " pæis desiderata quidem et incognita ريباس " lætiùs nascitur, quam in monte Libano, aut alio " quocunque loco. Utique genus utrumque, tum " gemmæ ejus, tum plantæ نيسابوري *(Neisabo-* " *ricum)* cæteris longè præfertur omnibus. *Gol.* not. " in Alferganum, pag. 188.—optima est quæ crescit " super montibus nivosis." *Ebn Giazla* مثلوج

اغذ

ſatos; uti rob mali Punici, et [8] ribas, et rob aciditatis citri, et omphacini, et mori Syriaci, et ſimilibus. Quique ex illis fuerint temperamento calidiori, et magis inflammati, manè ſumant aquam hordei [9] accuratè paratam, cui affundatur quarta pars ſucci mali Punici acidi. Qui verò his minùs ſunt inflammati, his quidem manè propinetur ptiſana ex [10] ſauic hordei et ſaccharo. Cibis eorum admiſceas etiam

---

9 Græca verſio *χυλον προσιεσθω ακριβως καθεψημενον*, pag. 247.

10 Sauic hordei, *αλφιτον*, *Galeno*; vocem Arabicam ubique retinui. Gr. verſio *χρησθω αμα πρωι αλφιτοις μετα σακχαρου*, pag. 247, lin. ult.—Galen. de Alimentor. Facultatib. lib. i. (Edit. Aldi, tom. IV.) fol. 49, lin. ult. *Εκ των νεων κριθων φρυγεισων συμμετρως το καλλιστον αλφιτον γινεται.* Idem ferè valet Hebræorum קלה, et Arabum قلي *Buxtorf. Lexic. Rabbin. magn.* Col. 2034. *Gol. Lexic.* Col. 1960, in voce قلي—frumentum aſſare mos eſt antiquiſſimus. Vide Levit. cap. xxiii. 14. "et panem, et *aſſatum frumentum*, et ſpicam teneram non comedetis," etc. ubi Arabs Erpenii ومقليا, Arabs Polyglotti

وسويقا

اغذيتهم علي الخل والعدس والرمان والحصرم

خاصة فان هذه تبلغ من تغليظك الدم وتبريده

ما تمنع ان يثور * ويتثور ويدفع هذا التدبير

في جميع الازمنة الوبية منفعة عظيمة ويقلل

رداة * الطواعين [12] والورشكين ويدفع البراسم

* MS. L. وسور

* MS. L. رادة

وسويقاً reddit. *Ebn Giazla* in *Libro Menhadg*—سويق الشعير—اجوده المعتدل القلي القليل النخالة وهوا اكثر تبريداً من سويق الحنطة يمسك الطبع etc. Sauic hordei, *optimum est, moderate tostum, pauci furfuris; est magis refrigerans quam* sauic *tritici: alvum comprimit, etc.*

[11] *Arab.* juvabit juvamine maximô, etc.

[12] *Arab.* ورشكين Werashkin: *Cl. Mead.* furunculos *vertit.* Gr. Interp.—των φυματων, και των πηχηρων διαθεσεων, pag. 248, lin. 4. Vox in lexicographis frustra quæritur. Aliquam lucem præbet *Abu Osaiba* in vitâ *Gabrielis* fil. *Bachtishua* fil. *Georgii*; cujus verba sequuntur: وسال ابو اسحاق ابرهيم ابن المهدي جبريل عن علة الورشكين فقال هو اسم ركبته القوس من الكسر والصدر والخوانيق

etiam acetum, lentes, et mala Punica, et omphacium in primis: his etenim efficies, ut ſpiſſiorem reddas ſanguinem, eumque refrigeres, adeo ut prohibeas ebullitionem ejus, et puſtularum eruptionem. [11] Hoc regimen quam maximè juvabit etiam, in omnibus temporibus peſtiferis, et imminuet pravitatem ulcerum peſtilentialium, et [12] furunculorum, Cap. V.

واسم الصدر بالفارسية الفصيحة [ور] والعامة
تسميه [بر] واسم الكسر اشكين فاذا جمعت
اللفظين كانت الورشكين اي هذه العلّة من
العلل التي يجب ان يكسر عليها الصدر
&c. (vertente *Salomone Negri*)—" interrogatus Gabriel ab Abu-Iſaac—de morbo, qui Werſe-Kin appellatur: reſpondit, nomen hoc Perſæ compoſuerunt è duabus vocibus, *fractionis* ſc. et *pectoris*, nam in puriori ſermone Perſarum nomen *pectoris* eſt *wer*, quod vulgò *ber* dicitur; nomen autem fractionis *eſkin (eſhkin)*: ſi ambæ voces unà conjungantur, efficiunt werſekin *(potiùs wereſhkin)* i. e. morbus ille in quo pectus neceſſariò frangitur." Vide Append. ad Freind Hiſt. Medicin. vol. ii. p. 11—12. An empyema? an vomica? videant medici.

et

والخوانيق وبالجملة جميع الامراض الصفراوية والدماوية
وليغتسلوا بالماء البارد في انصاف النهار ويدخلوه
ويسبحوا فيه ويحذرون اللبن الحليب والشراب والتمر
والعسل والحلوات بالجملة [13] والاسفيدباجات ولحوم
الحملان والدواب والجراد والفراخ والتوابل والبزور
الحارة ويعطون متى كان الزمان وبياً رديا او
كانت مزاجتهم حارة رطبة مستعدّة للعفن او
حارة يابسة مستعدّة للتلهيب * مع هذا التدبير
من الادوية التي نصف واعط اصحاب الامزاج
الحارة اليابسة الملتهبة البقول الباردة الرطبة المطفية
كالبقلة الحمقا والملوخية اليمانية ومن القرع ايضاً
والخيار والقثاء والفقوص *

* MS. L. للتلهب

* MS. L. والفقوس

[13] *Isfidbâdgât* : alba *nimirum* cibaria, quæ ex carnibus, cepis, oleo, butyro, et caseo sicco componuntur. *Gol. Lexic.* Col. 103. *Ebn Giazla* hujus

فاما


وتعجن في اجانة خضرا مع عشرين رطلا ملحا
ويجعل فيه ربعان من الرازيانج وربع من الشونيز
وتترك في الشمس اربعين يوماً في حرّ الصيف
وتعجن في كل يوم ثلث مرات في اول النهار
ووسطه واخره ويرش عليه الماء فاذا اسود جعل
في برنية ويصب عليه مثله ماء ويترك اسبوعين
ويحرك في طرفي النهار فاذا اخذ في الغليان ترك
حتي يسكن فاذا سكن صفي واعيد الشغل الي
الاجانة ويترك في الشمس اسبوعاً وليكن عليه
مثله ماء ويحرك طرفي النهار ثم يصفا في
المري

النبطي الذي لا خل فيه ولا حموضة

البتة ما

المري الاول ويترك في الشمس ويعاد الثفل الي
الاجانة ويدبر بالثالثة كما دبر في الثانية ويصفي
ويجمع من الاول ومن كره ملوحته النفي معه في
كيلجه من العناب وقوم يجعلون معه بعد تصفيته
دبس او عسل ليعذب وهو ان يغلي الدبس
حتي يسود ويترك علي كل رطل منه عشرة ارطال
من المري ويجعل معه زعفران او دار صيني
وبعض الافاوية الطيبة

i. e. Muri—quod ex hordeo paratur calidum, ficcum, ad tertium gradum: dicitur etiam calidum in primo, ficcum in fecundo *gradu*. Humores craffos attenuat et abftergit; phlegma purgat, oris fœtorem tollit: confert contra ulcera putrida, dolorem coxæ et fciaticam, et ventriculi humiditatem. In clyftere, colico dolori medetur: juvat etiam contra morfum canis rabidi. Parandi modus eft, ut fumantur pulegii, farinæ tritici bonæ fortis, fingulorum libræ xxx. Farina benè pinfetur, abfque fermento et fale, et in

والجدري

Nabathæi, in quo nec aceti quid ſit, vel quicquid acidi omninò.

---

panem formetur, qui ad ſiccitatem coctus ſit. Dein unà cum pulegio teratur benè. Subigantur ambo in hydria cum xx. libris ſalis, cui admiſceantur duæ quartæ partes fœniculi, et una quarta pars melanthii. Mixtura iſta in ſole poſita ſit xl. dies in calore æſtatis, quotidie ter pinſenda, manè ſc. meridie, et veſperi, inſperſâ aquâ; quando nigreſcit in vaſe vitreato ſeponatur. Affundas huic maſſæ parem quantitatem aquæ: linquas xiv. dies, manè et veſperi quotidie agitando. Quando fermentatio inceperit, ſinas donec ſedata ſit; quando ſedata eſt defæca. Fæces iterum in hydriam rejicias, et in ſole reponas duas adhuc hebdomadas, parem affundens aquæ de novo quantitatem, manè et veſperi ut ante agitando; dein priori, liquorem defæcatum admiſceas, et in ſole linquas. Fæces hydriæ immittantur denuò, et tertiâ vice idem fiat omninò proceſſus, uti antea in ſecundâ; hic liquor etiam tertius defæcatus priori commiſcendus eſt. Cui vero ſalſitudo ejus ingrata eſt, ille in vas injiciat liquori prædicto jujubas ad lib. iij. ſs. Quidam poſt defæcationem injiciunt *dibs,* ſive melleum liquorem dactylorum, vel mel, ut edulcoretur;

والجدري الذي يخرج في القرنية بحذاء * الناظر

* MS. L. بحدا

وبمقدار غلظه ورقّته * يحتاج ان تعالج بعد ذلك

* MS. L. ورقته

بالادوية التي تحلو حلاً قوياً مما سنذكرها

وربما انجحت وربما لم انجح وذلك اذا كان الامر

غليظاً او كان في بدن صلب او مُسِنّ وان

خرجت جدرياة عظيمة في سواق العين تحك

الكحال بماء ورد وقطره فيها مرات في اليوم

والذمه الرفادة * والشد او قطر فيها من الشياف

* MS. L. الدمه والرقادة

---

i. e. *dibs*, five mel dactylorum coquitur, quoufque nigrefcat; et ad fingulas hujus libras, mifcentur Muri libri decem, cui additur crocus, vel cinnamomum, et reliqua aromata odorifera.

Ebn Beitar in Muri—والمري النبطي هو المعمول من الشعير Muri autem Nabathæum id eft, quod ex hordeo conficitur, &c. Et Avicen. pag. 213, lin. 23, 24, يكتحل به في اوايل الجدري فيمنع البثور من العين i. e. pro collyrio ufurpatur in prin-

المذكور

[6] VARIOLA *quidem, quæ in tunicâ adnatâ exit, visum non offendit:* quæ verò variola in *tunicâ* corneâ erumpit, lumini fit obstaculum, *quatenus oculum contegit*, pro ratione crassitiei ejus vel tenuitatis. Necessarium est igitur, ut posthac curetur, remediis quæ dissolvant maximè, et fortiter, ex iis quæ memoraturi sumus. Fortasse prosperum habebunt eventum: fortasse secus etiam, pro crassitie ejus, vel si fuerit in corpore duro vel annoso. Et si prodierit variola una magna in tunicâ oculi rhagoide, collyrium cum aquâ rosarum conteras, et oculo instilles sæpius in die, et pulvillum et ligaturam oculo infigas: vel instilles ei ex [7] *Sief*

Cap.VII.

---

cipio variolarum, prohibet enim pustulas in oculo oriri.

[6] *Variola quidem, etc.* Hæc ex Græcâ interpretat. supplentur—ἡ δε λοιμικη ἡ εξενεχθεισα εν τῳ επιπεφυκοτι, ȣ λυπει την οψιν· ἡ δε εκφυομενη εν τῳ κερατωειδει, κατεναντι της οψεως, εμποδων καθισαται τῃ θεᾳ, παροσον και την οψιν καλυπτει, κατ᾽ αναλογιαν της παχυτετος και της λεπτοτητος, pag. 253, lin. 15—17.

[7] Vide not. 3, pag. 110.

(collyrio)

المذكور بعد ان يطرح عنه الزعفران ويزيد فيه
جزاً من الشادنه لئلا يحدث نتو عظيم فهذا ما
يحتاج الي معرفته من امر العين في هذا الموضع ؛
واعنا بعد ذلك بالعين والحلق والفم لئلا يخرج
فيهما ما يشتد اذاه للعليل او يمنع نفسه فانه
كثيراً ما يكون مع الجدري الردي خوانيق
معبة قوية واذا كان ذلك فلا طمع في خلاص
العليل ومن اجل ذلك ينبغي كما تبتدي علامات
الجدري ان يغرغر العليل بماءَ الرمان الحامض
او نقيع السماق او برب التوت ونحوها مما
قد ذكرنا في باب التطفية او بالماءَ الصادق
البرد اذا لم يحضر شي غير ذلك مرات كثيرة
لئلا يخرج في حلقه وفمه شي او لا يكون * ما
يخرج كثيراً ولكن تقوي هذة المواضع ولا تقبل
ولا

* MS. L. اولا نكو

(collyrio) ſuprà memorato, poſtquam crocus inde ſit ademptus, et addita ſit una pars lapidis hæmatitæ, ne accidat prominentia magna. Et hæc ſunt, quæ in hoc loco, de negotio oculi ſcitû neceſſaria ſunt. Poſt hanc oculi curam, de gutture etiam, et ore curandum eſt, ne quid in alterutro erumpat, quod ægrotanti noxam afferat gravem, vel reſpirationem ejus præpediat. Sæpius enim cum variolis pravi moris, accidunt ſtrangulationes difficiles, vehementes; et cum res ita ſe habet, de ſalute et convaleſcentia ægroti nec minima ſpes reſtat: quapropter oportet, quamprimum ſigna variolarum cœperint apparere, ut gargarizet æger, et colluat fauces, ſucco mali Punici acidi, vel infuſo ſumach, vel rob de moris, vel his ſimilibus, ex iis quæ in [8] capitulo de extinguentibus jam recenſuimus; vel aquâ purâ frigidâ, (ſi nihil aliud præſto ſit,) multis vicibus, ne quid in gutture et ore ejus erumpat, vel ut id quod erumpat non ſit nimium. Ideoque hæc loca corroborato, ne reci-

[8] Vide Cap. V. p. 46, et ſeq.

piant,

ولا كثيراً يكن منه الاختناق وبادر الي ذلك
واكده متي كانت مع علامات الجدري بحّة
في الصوت وضيق في النفس والمبلع [9] ومضيض في
الحلق وان رايت لهذه فضل قوة فاجعل
تصدك من القيغال ومن بعد أن يثور الجدري
كله فان كان في فم العليل او حلقه مـا
يوذيه ولم يكن هناك كثر حرارة ولا لين طبيعة
فالعق العليل قليلاً قليلاً من الزبد وسكر
الطبرزد وان كانت هناك حرارة وتلهب فالعقه
من لعـاب بزر قطونة واللوز المـقشـر وسكر
الطبرزد ما ما

9 Gr. verſio, pag. 253, lin. 36, 37, και ὅταν ἔχω-σιν ἐν τῷ λαιμῷ.

يوخذ

piant, nec plures ſint *puſtulæ*, unde ſtrangulatio oriatur; ad hoc igitur remedium celeriter confugias, et ſedulo utaris, quando variolarum ſigna comitem habeant vocis raucedinem, et anguſtiam in reſpiratione, et in iſthmo faucium; et [9] gutturis aſpredinem et dolorem. Porro, ſi obſervaveris hæc *ſymptomata* vehementia valdè, etiamſi eruptio puſtularum jam ſit abſoluta, nihilominus ex cephalica fiat ſanguinis detractio. Et ſi quid ſit in ore ægroti, vel in gutture ejus, quod illum lædere poſſit, et non ſit ibi multa caliditas, et alvus non laxa ſit; fac lambat æger paulatim, de butyro recenti et ſaccharo [10] candio *(Tabarzad)*. Atſi caliditas adfuerit et inflammatio, fac lambat lohoc ex ſemine pſyllii, amygdalis decorticatis, et ſaccharo candio *(Tabarzad)*.

---

[10] Vide not. 23, p. 68, 69.

يوخذ لوز حلو مقشر جز بزر القرع جزوين
بكر طبرزد ثلثة اجزاً لعاب البزر قطونا ما
يجعل منه لعوق وان كانت الطبيعة منطلقة
فاجعل اللعوق من الصمغ العربي واللوز المقشر وبزر
[11] الخيار * والنشا تجمعها بلعاب حب السفرجل ،
واعنا من بعد ذلك بالمفاصل فانه ربما خرج فيها
جدري كثير ردي جداً يفسد المفاصل وتظهر
منه العظام والرباط والاوتار فبادر كما تري علامات
الجدري ولاسيما ان رايتها قوية كثيرة غالبة مع
ملة تبادر الي المفاصل فاطليها بالصندل والماميثا
والطين الارمني والورد والكافور والخل والماء ورد ولا
تجاوز بالطلا المفاصل كثير مجاوزة وان خرج فيها

* MS. L. الحمار

11 *Semine cucumeris anguini*—Gr. verſio, p. 254, lin. 2, *και σπερμα τετραγγουρου*, legens الخيار

خراج

Sumatur amygdalarum dulcium decorticatarum pars una; ſeminis cucurbitæ partes duæ; ſacchari candii (*Tabarzad*) partes tres; mucilaginis ſeminis pſyllii quantum ſufficit ut fiat lohoc. Quodſi alvus laxa ſit, paretur lohoc ex gummi arabico, amygdalis decorticatis, [11] ſemine cucumeris anguini, et amylo, quæ omnia mucilagine ſeminum cydoniorum ſubigantur. Poſteà curam geramus articulorum: nam fortaſſe in illis erumpant variolæ plurimæ, admodum pravæ, quæ articulos corrumpant, adeo ut inde oſſa et ligamenta et tendines pateſiant. Feſtina igitur quamprimum ſigna variolarum conſpexeris, et præcipuè ſi fortiora et vehementiora eſſe videris, et humore refertas *puſtulas*; feſtina, *inquam*, ad articulorum curam, eoſque illinito ſandalo, [12] Mamithſa, luto Armeno, roſis, camphora, aceto, et aqua roſarum: at illinendo, ultra articulos ne multum progrediaris. Et ſi puſtulæ in

Cap. VII.

---

[12] Vide not. 4, p. 110, 111.

خراج عظيم فبادر الي بطه واخراجه فيه

ولا يدافعن به وقتاً طويلاً فان في ذلك[13]

خطر عظيم ؛

واعنا من بعد ذلك بالانف والاذن ليلا * يخرج

فيهما منه شي كثير فان في خروج الكثير منه

اذي على العليل وفي خروجه في داخل الاذن

خطر بيان * تدخل في الانف دايماً دهن ورد

حام قد فتق فيه كافور ويصب في داخل

الاذن خل خمر مفتر قد اديف فيه سياف

ماميثا او حضض ويصبه عنه بعد هينمة *

يفعل ذلك في اليوم مرتين او ثلاث ؛ وان

حدث في باطن القدم وجع شديد فاكب

على مرخها بدهن فاتر وتكميدها بالماء الحار

بقطنة وان لم يسكن الوجع بذلك ويستهل

خروج

* MS. L. الا

* MS. L. بان

* MS. L. هنيمة

iis magnæ prodierint, citò propera illas perforare, et *humorem* educere; [13] nec in hoc perficiendo longo tempore cuncteris, inde enim periculum erit magnum.

Postea ad naſi et auris curam accedamus, ne quid in illis magnum prodeat; ex largâ enim in his eruptione, ægroto damnum oriturum eſt. Ex eruptione etiam in interiore auris periculum eſt manifeſtum. In naſum igitur quotidie immittas oleum roſarum calidum, in quo camphora ſoluta ſit: et in interiorem aurem inſtillato acetum rubrum tepefactum, cui admiſtum fuit (Sief) collyrium ex mamithſa, vel lycio Indico, ſuperimpoſito goſſypio modico. Hoc bis vel ter quotidie fiat. Et ſi acciderit in plantâ interiore pedis dolor vehemens, illico des operam huic inungendæ cum oleo tepido, et cum aqua calida fovendæ, ope panni goſſipini. Quodſi dolor hâc

---

[13] ولا بداغعن به *Arab.*—et non cum cunctatione in illo, longo tempore.

medelâ

خروج الجدري فدق السمسم المقشر باللبن

واطله عليه وشده بخرقة ودع الليل كله ثم

مدده بالماء الحار واعده عليه او دق التمر

بالسمن واطله او اطله بعكر دهن البان* فان

هذه وما نحوها يلين ويرخي الجلد فيستهل خروج

الجدري ويقلل الوجع ١٤

* MS. L. البدن

14 *Olei Ben*, i. e. *nucis unguentariæ*. Gr. versio, ἢ ἐν ἐλαιῳ του σπερμου του σησαμου, pag. 254, lin. 18. Boer-

medela minimè quiefcat, neque variola- Cap. VII.
rum exitus facilis reddatur, fefamum de-
corticatum cum lacte contundito, eoque
illinito, et cum panniculo ligato, atque
ita finito per totam noctem, dein in aquâ
calidâ foveto, et poftea linimentum re-
petas. Vel dactylos in butyro contundito
et illinito: vel illinito cum amurcâ olei
[14] Ben, i. e. *nucis unguentariæ*. Hæc
enim, et his fimilia emollient refolvent-
que cutim; eruptionem variolarum faci-
lem reddent, et minuent dolorem.

---

haavii Cod. بعكر دهن البحن nullo fenfu.—Lugd.
البحرج vox nihili, et punctis carens.

CAPUT

الثامن

فيما ينضج الجدري ؛

اذا رايت الجدري بعد تمام خروجه يبطي
الي النضج وكانت حالة العليل قد صلحت
بخروجه فضل صلاح وكذلك نفسه ونبضة وقلقه
وكربة فينبغي ان تعين علي نضجه وان رايته
مع عسر نضجة بعد بروزه صلبا ثالوليا ولم
تحسن حالة العليل او ان زادت رداه فاعلم
انه جدري مهلك ولا ترم نضجه فانه مما لا
ينضج ؛؛

وانضاجه اذا كان سليما يكون بتكميده ببخار
الماء الحار او بماء قد غلي فيه بابونج وبنفسج واكليل
الملك

CAPUT VIII.

De illis rebus quæ maturant variolas.

QUANDO variolas obſervaveris, poſt abſolutam eruptionem earum, tardius ad maturationem tendere, et ſtatum ægroti ex eruptione earum optimè ſe habere, eodemque modo et ſpiritum et pulſum, inquietudinem etiam et moleſtiam *evanuiſſe*, oportebit, ut cures de earum maturatione. Et ſi videris illas, poſt eruptionem, cum difficili maturatione duras eſſe et verrucoſas, nec amplius ſtatum ægroti benè ſe habentem; vel ſi aucta ſit inſuper ejus pravitas, certò ſcias variolas eſſe lethales: maturationem earum igitur ne coneris, ex iis ſunt enim, quæ ad maturitatem perduci nequeunt.

MATURATIO tamen variolarum, (modo ſint ſanabiles) fit vaporando eas cum vapore aquæ calidæ; vel aquæ in quâ priùs decocta fuerint chamæmelum,

الملك وخطمي ونخالة الحنطه مفردة او مجموعة في طشتين كما ذكرنا قبل عند ذكرنا تسهيل بروز الجدري وان ساعد في هذا الوقت من الدخان وتجنب البخورات التي يبخر بها التجربة حتي اذا نضجت وحملت بها احتج الي تجفيفه ونحن قايلون في ذلك ما.

---

violæ, melilotus, althæa, furfur tritici, Cap.VIII.
vel ſeparata, vel compoſita; in duabus pelvibus uti antea diximus, ubi de facili reddenda variolarum eruptione diſſeruimus. Et ſi eo tempore ægrotus ex vaporatione levamen ſenſerit, ab illis ſuffitibus abſtineat, quibus fieri ſolet fumigatio ad *puſtulas* ſiccandas, quouſque penitus maturæ fiant, et ferre poſſint id, quod ad deſiccationem earum erit neceſſarium: de quâ re mox dicturi ſumus.

التاسع

فيما يجفف الجدري ؟؟

ينبغي ان تعفا جميع ما كان منها عظيماً كثيراً وينشف * ماوه يقطار خَلَقَ نطيف ابس فيه ما يخدش ويوذي وتبخر في هذا الوقت بورق الورد اليابس او بورق الاس او بالصندل او السوس او بالطرفا والورد في الصيف اونف والطرفاء في الشتا ؟؟

* MS. L. او يتسف

والجدري الكثير الرطوبة ومتي كثرت الرطوبة فنومه علي الورد المسحوق او علي دقيق الارز او دقيق الجاورس محشوة في ثوب مهلهل وان يخدش جسده فاجعل تحته ورق السوس الرطب وانثر

CAPUT IX.

De illis rebus quæ deſiccant variolas.

OPORTET ut omnes ex illis, quæ magnæ ſunt et enormes, ſcarificentur; et ut humor qui ex iis diſtillat, excipiatur panno leni mundo, in quo nil ſit quod cutim excoriet vel lædat. In eodem tempore ſuffitus adhibeatur ex foliis roſarum ſiccis, vel ex foliis myrti, vel ex ſantalo, vel iride, vel tamariſco. Roſæ quidem in æſtate magis conveniunt, in hyeme tamariſcus.

DE variolis etiam nimiæ humiditatis, *curandum eſt*. Igitur quando humiditas abundet, ſomnum inire jubeto ſuper roſas tritas, vel farinam oryzæ, vel farinam milii, infarcta in pannum telæ rarioris texturæ. Et ſi excoriatum ſit corpus ejus, ſupponito ei folia iridis recentia,

وانثر عليه الذرورة والورد والاس فان يقرح
موضع منه فانثر عليه الذرور الاحمر المتخذ من
الصبر والكندر والعنزروت ودم الاخوين واذا
انفقت من ذاتها او اكثر ماء ولم تبادر
الي الجفوف فملحها بان يوخذ اوقية دهن
خل وتجعل فيه درهمين ملح [1] اندراني مسحوقا
مثل الكحل ومثله شب ثم تمسح به جسده
الا المواضع المخدشة والمتقرحة فانه لا ينبغي ان
تقربها هذه لانه [2] يلدغها لدغا * شديدا ودعه

* MS. L. الانه يلدغها لدغا

---

[1] *Salis Andareni—Andar* vicus uno milliari distans ab Halebo, ubi sal candidissimus effoditur. Vide Maundrell's Journey—Mead de variolis, pag. 165.

Omnium optimum et purissimum esse Andarenum, [الاندراني] autor est *Ebn Beitar* in voce ملح

Avicenna دراني *Dareni* appellat, pag. 212, lin. 16,

عليه

et inſpergito illis pulverem aromaticum, Cap. IX.
et roſas et myrtum: quodſi quis locus exulceretur, huic inſpergito pulverem aromaticum rubrum compoſitum ex aloë et thure, et ſarcocollâ, et ſanguine draconis. Et quando vel ſponte, vel ex aquæ abundantiâ, dirumpantur *puſtulæ*, nec ad areſactionem feſtinent; tum ſalito eas. Sumas nimirum unciam unam olei ſeſami, cui immiſceas drachmas duas ſalis [1] *Andareni* collyrii inſtar contriti, et parem quantitatem aluminis. Dein hoc linimento corpus ejus inungito, iis tamen locis exceptis quæ ſint excoriata et ulcerata. (Haud enim oportet illud iis locis admovere; [2] morderet enim vehementer). Sinas ſuper corpus manere

---

17. Plemp. pag. 203, *Daranenſis* vocat, " alius, " *Daranenſis*, inſtar cryſtalli."

[2] *Arab.* ureret illa enim, uſtione vehementi, etc. Si لذع legeris—ſi mutato puncti loco لدغ mordere enim, morſu, etc. Gr. verſio, δηξιν—pag. 255, lin. 4, ινα μη δηξιν ισχυραν εν αυτοις απεργαζηται.

horâ

عليه ساعة ثم ليغتسل بماء قد طبخ فيه
املج وكزمازك وورق الاس وقشور الرمان فان
استحكم جفافه والا فخذ طين خوزي ابيض او
طين ابيض ما كان ولا تاخذ طينا في
حمرة لون فالتي معه مثل عشرة ملح اندراني
وعشرة شب واطله ودعه ساعة او ساعتين ثم
اغسله ٠٠

ويتلو هذا قلع الحشكريشات والقشور الجافة ٠٠

---

[3] *Bolus fusiana* : vide *Meninsk.* Col. 1970.

horâ unâ, dein abluito cum aquâ in quâ antea decocta fuerint myrobalani emblicæ, et baccæ tamariſci albæ, et folia myrti, et cortices granatorum; et ſi abſoluta ſit ita deſiccatio earum, *benè*: ſin alitèr, ſumatur [3] bolus Suſiana alba, vel bolus alba qualiſcunque ſit, (ne verò ſumatur bolus colore rubro); cui admiſceas ſalis Andareni partem circiter decimam, et decimam etiam partem aluminis, et illinito; et ſinas *manere* horæ unius vel duarum ſpatio, dein abluito.

JAM ſequitur ablatio eſchararum, et corticum ſiccorum.

العاشر

فيما يقلع القشور الجافة والحشكريشات

اذا استحكم جفاف الجدري وبقي علي البدن
منه قشور وحشكريشات جافة فانظر فيما كان
منها رقيق مستحكم الجفاف لا رطوبة تحته
فيقطر عليه دهن خل مسخن مرة بعد
مرة الي ان يلين ويسقط الا ما كان منها
في الوجه فانه ينبغي ان تعالجها بدهن
الفستق وما كان من هذه يشبه الحشكريشات
وكان له مقدار فان رايت تحته رطوبة
فاكشطه واقطعه بروفق من غير دهن فان
كان ما انقلع عنه الحشكريشات ليس بكثير
الرطوبة فنشفه بالقطن الخلق كما قلت وان
كان

CAPUT X.

De iis rebus, quæ auferunt cortices ſiccos, ſive ſquamas, et εσχαρας.

QUANDO deſiccatio variolarum jam abſoluta eſt, et cortices et eſcharæ ſiccæ remanent in corpore, inſpice quænam harum ſunt tenues, perfectæ ſiccitatis, ſub quibus nulla eſt humiditas; et iis inſtilla oleum ſeſami tepefactum vice poſt vicem, quoad molleſcant, et excidant omnes, præter illas quæ in facie ſint: has enim, oportet, cures cum oleo piſtachino. Quæ verò ex iis eſcharis ſint ſimiles, habeantque magnitudinem aliquam, ſi videris illis ſubeſſe humiditatem, has excoriando leniter auferto, ſine oleo. Si quæ ſint verò *loca* unde eſcharæ amotæ fuerint, quæ multam humiditatem ſubtus non habeant, iſtam goſſipino panno detrito, ut ante dixi,

 excipias.

كان له رطوبة فتسفّه * قليلاً من الذرور الاحمر

* MS. L. فتشفه

وخاصةً ان كان ناقصاً غايراً ومن الشب والملح

ان كان مستويــاً مع سطح الجسد غير غاير

ودع الي ان تعلو حشكريشة فان كان تحتهــا

رطوبة فاعد العلاج وان لم تكن تحته رطوبة

فادهنهــا لتسترخي وتقع ،،

ويتلو هذا القول في قلع اثارة ،،

الحادي

excipias. Quodſi plus humiditatis habeant, illis inſpergito pauxillum pulveris aromatici rubri, et præcipuè, ſi minimæ ſint profunditatis: aluminis autem et ſalis, ſi æquales ſint cum ſuperficie corporis, et nequaquam profundæ. Et ſinas donec ſuccreſcat *cuique* eſchara ſua. Atſi ſub his etiam fuerit humiditas, curam repetas eandem. Quodſi ſubtus illas non ſit humiditas, inungito, ut molleſcant, et decidant.

Hunc ſequetur ſermo de veſtigiis delendis.

الحادي عشر

فيما يذهب اثار الجدري

اثار الجدري [1] اثرين امّا في العين وامّا في
الجسد وذلك يتغشا الموضع الذي كان فيه
الجدري من العين بياض علي ما ذكرنا واذا
كان ذلك في اعين الصبيان ومن هو منهم
رطب البدن رقيق الجلدة كان ايسر
اجلاً ، ومما يجلوها [2] بورق الخبز والملح

---

[1] *Arab.* duo ſunt veſtigia.

[2] بورق الخبز Baurak panis—ſive piſtorum. Gr, verſio, pag. 255, lin. 25, *νιτρον γαγγραινον*. Ebn Beitar in بورق

بورق هو انواع مختلفة ومنه خلقي ومنه مصنوع الاندراني

CAPUT XI.

De illis rebus, quæ veſtigia variolarum auferunt.

VESTIGIA variolarum [1] duplicis ſunt generis: nimirum vel in oculo, vel in corpore *reliquo*. Veſtigium in oculo, locum in quo *puſtula* fuerat, albugine contegit, uti memoravimus. Id, quando contingat in oculis puerorum, eorum ſcilicet, qui corpore ſint humido, et cute tenuiori, facilius detergitur. Ex iis autem quæ hanc detergendi vim habent, ſunt [2] Baurak panis, et

---

والخلقي منه ما يجلب ومنه حجر في معدنه ومنه ابيض هش ارمني وهو اعلاها واجودها ومنه احمر يسمي نطرون ومنه اغبر يعرف ببورق الخبازين لكونهم يغسلون به مع الماء وجه القرصة قبل لزقها

³ الاندراني والنوسادر ⁴ وزبد البحر ⁵ والمسحقونيا

والسرطان البحري ودرق العصافير والخطاطيف

لزقها في التنور فيكسبها بياضاً ورونقاً زايلاً

فيما بعد

"i. e. Baurak—hujus variæ ſunt ſpecies—eſt enim
" vel naturale, vel artificiale: naturale eſt vel con-
" cretum, vel in fodinis ſuis petrefactum, vel album
" friabile Armenum, quod omnium melius et præ-
" ſtantius eſt: eſt etiam rubrum, quod Natrown
" appellatur: eſt et pulverulentum, Baurak piſto-
" rum nomine inſignitum; hoc enim in aquâ ſoluto
" placentarum ſuperficiem liniunt piſtores antequam
" in furnum condant, adeoque conciliant illis albe-
" dinem et ſplendorem, quæ citò tamen poſtea eva-
" neſcunt," etc.

³ Vide not. 1, pag. 134.

⁴ Spongiæ quædam ſpecies. Vide *Giggei Lexic.* vol. ii. col. 586, in voc. زبد *Ebn Beitar* in *Zab-do'l Babhar* quinque hujus ſpecies recenſet.

⁵ Et *Maſſabhakownia*: vocem Arabicam ubique ſervo. An ſit vaſorum vitreatorum raſura, an ſcoria vitri, an quid aliud, minimè conſtat. Ad corneæ maculas, et albugines in collyriis uſurpatum eſt, à

والزرازير

et ſal [3] Andarenus, et ſal ammoniacus, et [4] ſpuma maris, et [5] Maſſahhakownia, et cancer marinus, et ſtercus paſſerum

---

Rhaze, Avicen. Lanfranco, Guidone, etc. Vide Guidon de Cauliaco, (Lugd. 8vo, 1559) pag. 374, 375.

مسحقونيا — قيل هو زبد القوارير وماء الزجاج
والجرار الخضر وقيل بل اسم لخلط يعمل من
الملح والآجر والحجارة ويسبك ويتخلص به الذهب
وهو حار حاد جلاء يقلع بياض العين بقوة
ويجفف الرطوبات ويزيل الحكة اذا طلي
الجسم بالحمام مالها

Maſſahakownia—dicitur eſſe ſpuma vaſorum vitreatorum, et vitri cremor, et vaſorum figulinorum viridium. Dicitur etiam eſſe nomen mixturæ, quæ ex ſale, et tegulis, et lapidibus, unà calore liquatis, conficitur; cum quâ purificatur aurum. Calidum eſt, acre, detergens. Albuginem oculi amovet validè, et humiditates deſiccat: aufert ſcabiem et pruritum, quando corpori illinitum ſit, in balneo. Ebn Beitar. —Cl. Mead. fæx ceu ſcoria vitri.

والزرازيو وزبل الفار وزبل الضب والوج والابنوس

[6] والماميران والبسد والتوتيا والشادنه والزنجار

[7] والسكو الجزلي * ودردي الخل المحرق وعكر

البول والمر والسندروس وصمغ الزيتون وصمغ

اللوز المر ولبن الخس البري والزجاج وزبل

الخنافيش والمسك واجود ما يكون قبلاً اذا تعالج

بها بعد الخروج من الحمام او الاكباب على الماء

الحار وينبغي ان تستعمل الالين فالالين منها

وخاصة في الابدان اللينة الرطبة

* MS. L. الحاري

---

[6] Et *Mamirân:* Gr. interpret. pag. 255, lin. 27, μαμιρα—Cl. Mead. aqua corni—Paul. lib. iii. pag. 35, lin. 20, τετο καλως και πραως αποσμηχει, μαμιρα, σαγαπηνου θυμιαματος, σμυρνης, τρωγλιτιδος, κροκοδειλου κοπρια ισα, ποιει κολλυριον. Et pag. 113, μαμιρας—ῥιζιον τι ποας ποιο εχει ὥσπερ κονδυλους πυκνους. ὑπερ ουλας και λευκωματα λεπτυνειν πεπιστευται. δηλονοτι ῥυπτικης υπαρχει δυναμεως. Paulus Ægin. (Aldi Venet. Fol. 1528) pag. 113, lin. 25—27.

صفة

et hirundinum, et ſturnorum, et fimus murium, et fimus lacertæ, et acorus, et ebenus, et [6] Mamiraan, et corallium, et tutia, et lapis hæmatitis, et ærugo æris, et [7] Saccharum Hedgiazi, et fæx aceti uſta, et ſedimentum urinæ, et myrrha, et ſandaracha, et gummi oleæ, et gummi amygdalæ amaræ, et lactens *humor* lactucæ ſylveſtris, et vitrum, et fimus veſpertilionum, et moſchus. Quando cum his curam aggrediaris, optimum erit, ſi *id facias* vel poſt egreſſum è balneo, vel poſtquam pronâ facie aquæ calidæ vapores exceperit. Oportet etiam ut adhibeas leniora, imò leniora, *inquam*, ex his, in corporibus mollibus et humidis.

Cap. XI.

---

[7] Et *Saccharum Hedgiazi*—Arabiæ ſc. Petrææ. *Saccharum*—المأخوذة كالصمغ عن القصب تجلو العين—Avicen. pag. 225, lin. 20, i. e. ex arundine more lachrymæ collectum, extergit oculum. Vertente Plempio, pag. 223, annon حجاري legend. ? De Saccharo Hedgiazi, apud Avicen. vel apud Ebn Beitar, nulla mentio.

صفة دوا لبن يقلع البياض

يدر بعنزروت وسكر طبرزد ،

اخر اقوي منه

يدر بزبد البحر والانزروت والسكر ،

واقوي منه

ان يدر [8] بالبورق الذي للخبز وزبد البحر

والسقمونيا والانزروت والسكر ،

واقوي منه

ان يوخذ زنجار عشرة دراهم

من سكبينج اشق انزروت درهمين كل واحد

---

[8] بالبورق الذي للخبز *Arab.* Baurak, quod ad panes,—et in fequenti, p. 150, not. 10.

زبد

Forma medicinæ lenis quæ tollit albuginem. Cap. XI.

Inspergantur *oculo* ſarcocolla cum ſaccharo *(Tabarzad)* candio.

Alia eâ efficacior.

Inspergantur ſpongia ſpuma maris dicta et ſarcocolla, et ſaccharum.

Et adhuc hâc magis efficax.

Si inſpergantur [8] Baurak panis, et ſpuma maris, et [9] Maſſahakownia, et ſarcocolla, et ſaccharum, *commiſta*.

Hac etiam efficacior.

Si ſumantur æruginis æris drachmæ decem.

Sagapæni, ſalis ammoniaci ſarcocollæ, ſingulorum drachmæ duæ cum dimidiâ.

---

[9] Vide not. 5, pag. 144, 145.

Spuma

زبد البحر ومسحقونيا [10] وبورق الخبز كل واحد
ثلثه دراهم

ويوخذ عشرة دراهم وج ومثله [11] ماميران
فتغلي بعشرة امثاله مآء حتي يغلظ المآء
وتحل به الصموغ وتعجن به الباقية
وتشيف [12] ٦

وعند الحاجة تحك بهذا المآء علي [13] مهراش * (* MS. L. مدهن)
ابانوس حكاً غليظاً وتحمل بالميل ويحك به
الموضع نعماً مرات وستعمل قبله وبعده [14] اللحس

---

[10] وبورق الخبز — Baurak panis — nisi للخبز et hîc etiam legend. Gr. versio, pag. 255, lin. 25, *αδαρκην, και νιτρον, αρτον ανα*, etc.

[11] Mamirân : vide not. 6, pag. 146.

[12] *Solubilia* : *Arab.* gummi.

[13] Quod sibi vult ابانوس مدهن in hoc loco,

كثيرا

Spuma maris, Maſſahakownia, et [10] Boracis panis, ſingulorum tres drachmæ. Cap. XI.

Et ſumantur drachmæ decem calami aromatici, et æquale pondus [11] Mamirâan, et coquantur in aquâ ad decies amborum pondus, quouſque aqua craſſeſcat; in quâ ſolvantur [12] ſolubilia, et ſubigantur reliqua, et in (Sief) trochiſcos ophthalmicos formentur.

Et quando opus ſit, hujus medicinæ quid cum aquâ lævigetur [13] in mortario ebeno, adeo ut miſtura ſpiſſa fiat; & cum hâc in ſpecillum impoſitâ, locus benè fricetur ſæpiùs. Ante hujus verò, et poſt uſum ejus, oculus ſæpiùs [14] linguâ

planè neſcio: mendam ſubeſſe ſuſpicatus ſum librarii مدهن pro مهراش ſcribentis. Gr. verſio, p. 155, lin. 37, ειτα λειωσον εν εβενῳ—omiſit مدهن

[14] Particulare regimen in eâ (*macula* ſc. ſive *albugine*) quæ recens eſt et ſubtilis completur, *lambendo et abſtergendo cum linguâ*, ut faciunt mulieres, etc. Guido, pag. 373, 374.

lambendus

كثيراً ويدر بعد ذلك بالذرور اللين وتتعاهد
العين فان املت واحمرت ترك العلاج اياماً
ثم يعاود فانه علاج قوي جداً ،،

واما ما يذهب اثاره من الوجه والجسد فهذه
المرتك المبيض واصول القصب اليابسة والعظام [15]
النخرة * وزبد والبحر والقسد والعنزروت واللوز
والزراوند وحب البان وبزر الفجل وبزر البطيخ
وبزر الجرجير ودقيق الباقلي والارز والترمس
واللوبيا ويطلا عليه بماء الورد ك او بماء الشعير ،،

* MS. L. النحرة

صفة طلا يذهب بالاثار

دقيق الحمص والباقلي من كل واحد ثلثة دراهم

بزر البطيخ خمسة دراهم مرداسنج مبيض درهمين

---

[15] Gr. verfio, pag. 256, lin. 4, ὀρεῖα τμήματα. اصول

lambendus erit; deinde pulveres inſper- Cap. XI.
ſorii ophthalmici lenes inſpergantur. Oculum verò ſedulo et aſſidue inſpicias; et ſi doleat et rubeſcat, omitte curationem diebus aliquot, dein repetatur. Eſt enim curatio maximè valida.

Medicamina verò quæ tollunt veſtigia earum à facie, et corpore, hæc ſunt. Lithargyrus dealbatus, et radices arundinis ſiccæ, et oſſa carioſa, et ſpuma maris, et corallium, et ſarcocolla, et amygdalæ, et ariſtolochia, et baccæ Ben, et ſemen raphani, et ſemen peponis, et ſemen erucæ, et farina fabarum et oryzæ, et lupinorum, et phaſeolorum: hæc illinantur mixta cum aquâ oryzæ contuſæ, vel cum aquâ hordei.

Descriptio linimenti quod tollit veſtigia *variolarum*.

Farinæ cicerum, et fabarum, ana drachmæ tres.

Seminis peponis drachmæ quinque. Lithargyri dealbati drachmæ duæ.

اصول القصب اليابسة ثلثة دراهم

يسحق الجميع بماء الشعير ويطلا طلاً علي طلاً بعد
الاكباب علي مـاء حار او الخروج من الحمام ثم
يغسل في الحمام بماء قد طبخ فيه قشور البطيخ
وبنفسج يابس ونخالة وحمص مرضوض ويدلك دلكاً
جيداً ثم يعاد الطلي [16]

صفة طلي اخر اقوي منه

يوخذ دقيق [17] الباقلي الـترمسي * خمسة
دراهم

* MS. L. الترمسي

---

[16] Gr. verſio, pag. 256, lin. 9, 10, χρις αλλεπαλλήλως.

[17] *Lupinis affinium:* Ebn Beitar in باقلي — ومن هذا الباقلي نوع يسمي باقلي قبطي ويسمونه جامسه وهو صغار قريب الي التدوير وغلط من ظنه الترمس وسبب غلط تقارب شكله لوز

Radicum arundinis ſiccatarum drachmæ tres. Cap. XI.

Hæc omnia ſubigantur in aquâ hordei, [16] et illinantur, illitu uno poſt alterum, poſtquam capite prono vapores aquæ calidæ acceperit, vel poſt exitum è balneo. Deinde in balneo ablutus ſit, cum aquâ in quâ prius decocta fuerint cortices peponis, violæ ſiccæ, furfur, et ciceres contuſi. *Cutis* etiam probè fricetur: dein repetatur illitus.

Descriptio linimenti illô efficacioris.

Sumantur farinæ fabarum rotundarum, [17] *lupinis affinium*, drachmæ quinque.

[illegible], etc.—eſt et hujus fabæ ſpecies quæ Copta vocatur; quam Giamſch (i. e. *fabam Ægyptiam*) illi vocant: parva eſt et ferè rotunda. Qui lupinum eſſe cenſet, hallucinatur verò. Erroris cauſa eſt, et figuræ ejus et virtutis *cum lupinis* ſimilitudo, etc.

لوز مر وقسط حلو وبزر الجرجير وبزر الفجل كل
واحد درهمين ونصف
يستعمل على ما وصفنا ،،
طلا اخر اقوى من ذلك

لوز مر مقشر خمسة دراهم

بزر الفجل وبزر الجرجير وقسط وزراوند طويل
درهمين ونصف من كل واحد
بورق الخبز ثلثه دراهم
فلفل درهم ونصف يستعمل كما وصفنا ويطلا
بماء الفجل او بما وصفنا ، وهذه
الاشيا تذهب اثار الجدري والقروح ،،

واما ما يذهب غورها * وتسوها بسطح الجسد
فان

* MS. L. عرها

AMYGDALARUM amararum, cofti dulcis, feminis erucæ, feminis raphani, fingulorum drachmæ duæ femiffis ;

Cap. XI.

ET adhibeatur prout præfcripfimus.

LINIMENTUM aliud, illô adhuc efficacius.

AMYGDALARUM amararum decorticatarum drachmæ quinque,

SEMINIS raphani, feminis erucæ, cofti, ariftolochiæ longæ, fingulorum drachmæ duæ cum dimidio ;

BORACIS panis drachmæ tres,

PIPERIS drachma una cum dimidio. Ufurpetur ficuti diximus anteà, et illinatur vel mixtum cum aquâ raphani, vel cum iis quæ præfcripfimus. Atque hæ funt res quæ auferunt veftigia variolarum, et cicatrices.

JAM quoad illas res quæ cavitates implent, et æquales reddunt reliqui corporis

فان يسمن الانسان ويخصب بدنه ويكثر تعاهد الحمام ودلك الجسد

فلنقل الان فيمـــا ينبغي ان يعطا المجدور علي سبـيل الغدا ومـــا يقرب مـنـه مـمـــا تعالج به

---

[18] Vide Prosp. Alpin. de plantis Ægypti (Patav. 4to, 1640) pag. 99, " quæ verò ipsarum corpora " pinguefieri cupiant semina (Sesami) à cortice mun- " data comedunt: plus pinguefacit oleum ex semi-

ris ſuperficiei—id *curet* homo, et [18] pingue reddat corpus, et carnoſum, frequens ſit et ſedulus in balnei uſu, et in corporis frictione.

Cap. XI.

Nunc autem dicamus de illis, quæ variolis laboranti exhibere oportet, alimenti gratiâ: et de medicamentis in curando uſurpandis.

" nibus expreſſum, omniumque maxime fæx olei,
" *tachine* طحينة ab illis vocata: oleum fæcemque ejus bibere, ad hoc ut impingueſcant, mulieres in balneis familiariſſimum habent.

الثاني عشر

فيما يغذا به المجدور

ينبغي ان يسقا المجدور ماء الشعير المحكم الصنعة علي مثال ما يسقا في الامراض الحادة ان كان الحمي السن واسكن والطبيعة غير لينة بسكر طبرزد وان كانت الحرارة اقوي والطبيعة لينة فليصب عليه مقدار نصفه ماء الرمان الحامض المدقوق بعجمه وليحذر الشحم والاغشية الدقاق فانما يطلق الطبيعة وان كان مع ذلك سهر فالقف [1] مع كشك الشعير مثل نصفه

---

[1] *Arab.* مع كشك الشعير—vox Arab. *Kishak*—χυλου της πτισανης,—hordeum,—et hordeum decorticatum, significat.—Vide *Castel.* Col. 1822. in pag. خشخاش

CAPUT XII.

De alimentis variolis laborantis.

OPORTET ut bibenda præbeatur variolis laboranti aqua hordei, eâdem arte et methodo parata, ac illa quæ bibenda præbetur in morbis acutis: ſi febris mitior ſit et pacatior, et alvus minime laxa, cum ſaccharo candio (*Tabarzad*): atſi calor febrilis vehementior ſit, et alvus laxa, huic utique affundatur, quantitas ejus dimidia ſucci mali Punici acidi, contuſi cum granis ſuis. Caveas autem à pulpa, et internis tunicis tenuibus ejus, iſta enim ſolvent alvum. Quodſi his adſint vigiliæ, [1] cum hordeo decorticato injicito *in cremore hordei parando*, quaſi partem dimidiam papave-

---

262, lin. 2 et 4, ubi كشك الشعير opponitur τῳ سويق الشعير, vocem *Kiſhk*, vel hordeum decorticatum, vel hordei pulverem ſignificare, certum eſt: κυλον της πτισσανης minimè.

بخشخاش وان كانت الطبيعة اكثر لينا فاجعل جزأ
من [*] كشك الشعير وجزء من حب الرمان الحامض [*]
اليابس وجزء من الخشخاش وان احتجت ان
تعقل الطبيعة فاجعل بدل [2] كشك الشعير
[2] سويق الشعير المعاد قبله مع [3] سويق حب
الرمان تطبخهما على عمل ماء الشعير ويسقي

[*] MS. L. حب الحامض, deest vox الرمان

[2] فاجعل بدل كشك الشعير سويق الشعير —*loco decorticati hordei substituas Sauic hordei antea*, etc. Vide not. 10, pag. 51.

[3] *Cum Sauic granorum mali Punici*—cum granis mali Punici torrefactis, i. e. Ebn Beitar—سويق اسم عربي عبارة من طحين المأكولات اليابسة سواء كان حبوبا او ثمارا وصنعته ان يقلي على النار لتذهب رطوبتها ثم يطحنها هذا انما يكون في الحبوب لا في الفواكه وهو سويق وسويق كل شي مناسب لاصله لكن يزيد عليه بانه يكون ايبس منه دايما etc.

tum. Et ſi alvus maximè laxa fuerit, miſceas hordeum decorticatum, ſemina mali Punici ſiccata, et papavera, pari quantitate ſingula. Et ſi alvum coercere neceſſe fuerit, loco decorticati hordei ſubſtituas [2] Sauic hordei anteà præparatum, cum [3] Sauic granorum mali Punici, quæ ambo coquantur, ad morem aquæ hordei parandæ; & de his bibat, ut

Cap. XII.

---

i. e. "Sauic nomen eſt Arabicum pulveris ex mo- "liturâ eſculentorum aridorum granorum, vel ſemi- "nis fructuum. Hujus parandi modus eſt, ut ſuper "ignem torreantur, ut humiditas tollatur eorum, "deinde molâ comminuantur. Id in granis fit, in "fructibus ipſis nequaquam. Hoc eſt Sauic. Sauic "porrò, cujuſque rei ſit, ſubſtantiæ ex quâ paratur "conſentaneum eſt; auctâ vero ſiccandi virtute, "ſemper."

Gr. verſio, pag. 258, lin. 12, *ἀλφιτον ῥοιας ὀξυνης*, —grana, ſc. mali Punici, toſta, ut vis adſtrictoria aucta ſit; uti et apud recentiores; rhabarbarum, nux moſchatæ torrentur, ut alvum cohibeant magis. Torrefactio baccarum arboris Bon, بُنّ (illis *Cahve*, قهوة nobis Coffea vulgò nominata) ejuſdem fontis eſt. Conf. not. 10, p. 51.

منهما كما يسقا ماء الشعير امّا على وجهه وامّا
بالطباشير والصمغ العربي ان اضطرك الي ذلك لين
الطبيعة او مع الادوية التي نستصفنا من بعد
وماء الشعير الممزوج بماء الرمان الحامض نافع
جداً للجدور والحصبة خاصةً ،،
وامّا ماء القرع وماء البطيخ الهندي وماء
الخيار ولعاب البزر قطونا ونحوها مما يولد
بلغماً طرياً عذباً فانّها للحصبة انفع منها
الجدور اللهم الا في الجدري الذي معه طرف
من الرداة وحرارة من الحمى قوية وسهر ،،

فامّا الذي مع الحيات التي ليست شديدة
اللهيب فان هذه الاشيا ونحوها تبلدها
فضل تبليد وتطيل زمان المرض فليكون ميلك
اليها ودنها بحسب ذلك فانه لما كان الجدري

ut de aqua hordei, vel per ſe, vel cum Tebâſhir, et gummi Arabico; ſi laxitas alvi ad hæc adhibenda te cogerit: vel cum medicamentis quæ nos poſthac præſcripturi ſumus. Aqua hordei profectò commixta cum ſucco mali Punici acidi, laboranti variolis, ſummè utilis eſt; morbillis autem laboranti, præcipuè.

Aqua etiam cucurbitæ, et aqua peponis Indi; et aqua cucumeris anguini, et mucilago ſeminum pſyllii, et his ſimilia, ex iis quæ gignunt phlegma molle, dulce: hæc quidem illi qui morbillis laborat, utilia ſunt magis, quam illi qui variolis laborat: per Deum! niſi *tales* variolæ ſint quas comitatur extrema pravitas, et calor ex febre vehementior, et vigiliæ.

In illis verò *variolis* quas comitantur febres quibus non adeſt vehemens inflammatio; hæ res ſanè, et his ſimiles, *morbum* quam maximè reddunt tardum, et morbi tempus protrahunt: his igitur utaris, vel non utaris, habitâ morbi ratione. Etenim variolæ quandoquidem

in

في اكثر احواله * من حرارة عفنة تحلّ في رطوبة كان الاشيا التي لها مع التبريد تجفيف وتغليظ اوفق لها كماء الرمان وماء الحصرم ونحوها ولما كانت الحصبة انما تكون من غلبة * المرار جداً في الدم كانت الاشيا التي مع تبريدها ترطيب اصلح فيها لتعتدل بها الدم الفاسد فان مثل الدم المحصب كالامياه القايمة التي قد طالت عفونتها وانحل لطفها * بطبخ الشمس لها واشتدت حدّتها ورداتها فاذا مازجها الامطار والامياه الجارية العذبة اصلح منها وقد ينفع المجدور [4] سويق الشعير

* MS. L. احوالة

* MS. L. علة

* MS. L. اطافها

---

4 *Sauic hordei abluti:* Arab. المغسول Græca verſio, pag. 257, lin. 5. και αλφιτα πεπλυμενα μετα σακχαρος, fortaſſe tamen المجول reponendum; adeo- المغسول

in plerisque earum casibus ortum habeant ex calore putrido in humiditatem agente; illæ res variolis magis conveniunt, quæ cum refrigerandi facultate, desiccandi pariter et inspissandi vi conjunctâ pollent, uti, e. g. succus mali Punici, et uvæ acerbæ, et his similia. Morbilli autem, quoniam ex vehementi ebullitione bilis in sanguine gignantur, res illæ his magis sunt salutares, quæ cum vi earum refrigeratoriâ, humectant etiam: ut per has temperetur sanguis corruptus. Sanguis enim hominis qui morbillis laborat, quodammodo similis est aquis stagnantibus, quarum corruptio jam diuturna fuit; et quarum bonitas et subtilitas à coctione solis solvuntur et evaporantur: adeoque gravis fit earum acrimonia et pravitas. Atqui quando illis admixtæ sunt pluviæ, et aquæ fluentes dulces, ab his sanæ redduntur. Porrò variolis ægrotanti prodest [4] Sauic hordei

Cap. XII.

que sensus erit, " Porro variolis ægrotanti prodest " Sauic hordei cum saccharo mixtum, quando bibi- " tur, vel cum succo granatorum, vel cum julepo," etc.

abluti,

المغسول اذا سقي بالسكر او بمـاَء الرمان او
[5] بالجلاب على حسب ما تحتاج اليه من لين
الطبيعة ويبسها وغلبة الحرارة جداً او كونها
دون ذلك غير ان ماَء الشعير اخف اخذاً على
المجدور وسهل نزولاً واصلح لحلقه وصدره فاعمل
بحسب ذلك بعد ان تعلم ان مـاَء الشعير
للحصب اوفق منه للجدور الا ان يكون جدرياً
رديـاً على مـا ذكرنـا ،،

وقد ينفع المجدور العدس المقشر اذا اتخذ لـهم
منه طعام بمـاَء الرمان الحامض او بالخل

---

5 *Vel cum julepo :* Arab. جلاب à Perſic. گلاب aqua roſarum. Vide *Caſtel.* Col. 548. *Meninſk.* Col. 3987. Vide *Meſue* (Venet. Fol. 1602) fol. 128,

وينفعهم

abluti, quando bibitur cum ſaccharo, vel cum ſucco granatorum, vel cum [5] julepo, pro illâ ratione quam exigat, vel alvi laxitas, vel ſiccitas ejus; et pro caloris ebullitione vehementiori, vel remiſſiori. Veruntamen aqua hordei illi qui variolis laborat, eſt et ſumptû levior, et deſcenſû facilis; melior etiam, et magis ſalutaris, et gutturi et pectori ejus. Pro horum ratione tu facias igitur, poſtquam noveris, aquam hordei magis convenire morbillis ægrotanti, *in genere*, quam variolis; niſi variolæ ſint pravi moris: uti memoravimus.

Variolis etiam laboranti, proficuæ ſunt lentes excorticatæ, quando alimentum ejus ex illis paratur cum ſucco mali Punici acidi, vel aceto. Proficuum eſt

---

col. 4.—fol. 129, col. 2. "Julapum alterum roſarum fit ex aquæ roſarum libris tribus, ſacchari libris duabus."

وينفعهم [6] سويق العدس اذا شرب * بالماء البارد

* MS. L. اذا شوق

واعلم ايضاً ان سقي الماء البارد للمحصوب اوفق

منه للمجدور واسلم وامن عاقبة ولكن متي رايت

مع الجدري اللهيب الكثير والتواتر في النبض

والنفس فاستعمل فيه من التطفية بحسب ذلك

ان قليلاً فقليل وان كثيراً فكثير ولا تاذن

له في الخروج ما لم يرجع النبض والنفس الي حالتيهما

الطبيعية وما لم يجف الجدري وتتساقط

قشوره ؛؛؛

ويتلو ذلك القول في اسهال البطن واسماكه مع

الجدري ؛؛؛

---

[6] Sauic lentium, quando bibitur cum aquâ frigidâ —In MS. L. اذا شوق—quæ nullius ſenſus ſunt in hoc loco: cum Salom. Negri, repoſui اذا شرب

الثالث

illi etiam [6] Sauic lentium, quando bibitur cum aquâ frigidâ. Scias insuper, aquæ frigidæ potionem, illi qui morbillis ægrotat, magis convenire, quam variolis laboranti, et magis esse salutarem, et exitu certiorem. Atque adeo, quando cum variolis observaveris inflammationem abundantem, et pulsûs et respirationis crebritatem vel intermissionem; pro horum symptomatum ratione extinguentibus utitor; si pauca sint, nimirum paucioribus: si graviora, pluribus. Nequaquam vero pullorum avium permittas esum, priusquam redierint et pulsus et respiratio ad statum amborum naturalem; nec priusquam siccatæ fuerint pustulæ, et deciderint earum squamæ.

Cap. XII.

JAM verò sequetur sermo de ventris vel solutione, vel restrictione in variolis.

" quando bibitur."—Gr. versio, pag. 257, lin. 11, 12, ωφελει δε τουτοις και τα αλφιτα της φακης, μετα ψυχρου υδατος.

الثالث عاشر

في تدبير [1] الطبيعة للمجدور،

ان الطبيعة تلين على اكثر الامر في اواخر الجدري والحصبه ولاسيماً في الحصبه ومن اجل ذلك ينبغي ان يتجنب ما يلين البطن من بعد [2] انتهي الجدري والحصبه وان كان

---

[1] Gr. verſio, p. 257, à lin. 20. " Περι επιμελειας
" γαςρος των συγχεθεντων τη λοιμικη.
" Η γαςηρ ως επι το πλειςον διαχωρειται εν ταις πα-
" ρακμαις ταυτης της νοσυ, και μαλλον εν τη ευλογια. ευ-
" λαβητεον τοιγαρυν προσφερειν ταυτα τα υπαγοντα μετα
" κριθηναι την νοσον, ει και οτι μαλιςα ξηρα εςιν· ει δε
" δεοιτο εν τη αρχη, και προ της παρακμης προσφερε· το
" μεν δια την υπερβαλλυσαν θερμοτητα, και τον της κε-
" φαλης σφυγμον, το δε δια το κυφισαι την φυσιν, και

CAPUT XIII.

[1] *De regimine alvi ejus qui variolis laborat.*

IN plerisque casibus alvus soluta est in declinatione variolarum et morbillorum; in morbillis præcipuè. Et ob eam causam oportet, id omne evitare quod solvat ventrem, postquam [2] ad finem perductæ sint variolæ et morbilli,

---

" *ελαττωσαι την της νοσου υλην, οταν κατα πολυ η γαστηρ*
" *εξηρανται και επεχηται*," etc.——Græcum textum exhibui, utpote Authoris sensum optimè exprimentem. In Arabico, vel corruptelam subesse suspicor; vel ordinem verborum quodammodo esse mutatum. De versionis Latinæ sinceritate, penes Arabicè peritos sit judicium.

[2] Ad finem——Gr. versio, *μετα κριθηναι*——Arab. بعد انتهى—Alfaharav, Hebræo—התכלית.

etiamsi

يابساً فامّا اذا كان لينّاً فاجتنبه من اول

الامر وان احتجت في ابتداتهما وقبل [3] الانتهي

الي ما يلين البطن فانه قد تحتاج اليه في

الجدري مرة لغرط الحرارة والصداع ومرة للتخفيف *

عن الطبيعة وتقليل مادة الجدري اذا حدست

انها كثيرة وذلك يكون اذا وجدت البدن

بعد الفصد او قبله غير دابل ولا منخرط بل

منتفخاً متصدراً مع بياض من اللون او قلة

حمرة وتموّج في النبض فانه ربما لم يحتاج في

هذه الحالة الي الفصد بل الي ما ينقص من

البدن الرطوبات كثيرة وذلك اذا كانت هذه

العلامات بينة ظاهرة جداً وكان البدن مع

* MS. L. للتجفيف

---

[3] Ante declinationem—Gr. verſio, και προ της παρακμης—Arab. وقبل الانتهي—Alſaharav, וקודם התכלית المتدمل

etiamsi siccus sit. At contrà, quando solutus est, id omne penitùs est devitandum ab ipso rei (*morbi*) initio: quanquam in initio amborum, et [3] ante declinationem, ventris lenientia quodammodo sint necessaria. Ad hæc enim *adhibenda* quandoque coactus eris in variolis, interdum propter excessum caloris, et cephalalgiam; interdum etiam [4] ut levis reddatur natura, et minuatur materia variolarum, quando istam conjeceris esse abundantem. Id erit autem, ubi post vel ante sanguinis extractionem, observaveris corpus nec debilitatum esse, neque extenuatum, atqui inflatum contrà, et plenum cum coloris albore, vel exilitate ruboris, et undulatione in pulsu. Nonnunquam enim in tali statu, non erit necessaria detractio sanguinis, verum nimiarum humiditatum in corpore minutio. Id vero constabit, quando hæc signa evidentissima fuerint; item corpus

---

[4] *Arab.*—ad levationem à naturâ, et minutionem materiæ, etc. puncto mutato—nisi legeris cum MS. L. التجفيف—ad deficcationem à naturâ, etc.—Alsaharav, להקל על הטבע

unà

المتدمل مع بلادة الحمي وعدم الحمرة في اللون
واوفق الاشيا في هذه الحالة طبيخ الاهليلج
الاصفر وحده اذا شرب مع سكر طبرزد وما
الرمان الحامض المدقوق بشحمه وقد يدق
معه شحم رمانة اخري او رمانتين اذا احتج الي
تعوتته فان شان هذين الدواين ان تنقصا
من البدن رطوبات كثيرة مع شي من الصفرا
من غير تهيجا حرارة ولاسيما ماء الرمان وان
تعقبا يبساً في [5] الطبيعة [6] وذلك من اجود ما
يكون في هذا الموضع ،،

---

5 *Siccitatem in alvo:* vox Arabica, uti et lin. 5, pag. 174, eſt الطبيعة—quæ per *naturam,* in hoc loco, reddi poterat: " *et poſt ſe linquere ſiccitatem* " *in naturâ,*" i. e. in habitu toto.

خاما

unà repletum, et veluti furunculis obsessum, cum febris hebetudine: et rubro colore prorsus destitutum. In hoc igitur statu, ex rebus maximè convenientibus est decoctum myrobalani citrinæ per se, quando bibitur cum saccharo (Tabarzad) candio et succo mali Punici acidi contriti cum pulpâ suâ, cui superaddi potest pulpa mali Punici alterius, vel duorum etiam, quando tali opus sit auxilio. Horum enim amborum remediorum vis ea est et proprietas, præcipuè vero mali Punici, minuere ex corpore humiditates abundantes, atque unà bilem modicam, sine caloris excitatione: et post se linquere [5] siccitatem in alvo. [6] Atqui hæc sunt optima omnium, quæ in hoc loco *morbi* possint evenire.

Cap.XIII.

---

[6] *Atqui hæc, etc.* In Græcâ versione hæc omittuntur: forsitan cujusdam primitùs glossema fuerant, quod ex margine, in textum Codic. Leyd. irrepserat.

قامّا عند الحصبة فاستعمل معها ما الاجاص

او الاجاص الرطب نفسه والمنقع بالجلاب واستعمالها

مع السكر [7] ودع الترنجبين فان مقدار مضرّته

لهولا كمقدار مضرّة العسل للمجدورين من

الاطفال وتزيد * فيما بهم الغشي والكرب وكذلك

احذر ان تسقيهم اللبان والبنفسج فانهما

تزيدان في الذين من الغشي والكرب وكلا

ان اولي العلاج واوجبه في الجدري اخراج الدم

* MS. L. وتزيد

7 *Mannæ ſpeciem verò* Terengiabin *dictam ne adhibeas*. Avicen. in *Terengiabin*, pag. 262, lin. 37, et ſeq.

ترنجبين — الماهية — هذا طل اكثر ما يسقط

بخراسان وماوراءالنهر واكثر وقوعه في بلادنا علي الحاج

Terengiabin—*quid ſit?*—Ros eſt qui plerumque cadit in Chorafan et Mawro 'lnchar; in regione noſtrâ copioſiſſimè cadit in plantas generis ſpinoſi.

In morbillis autem, adhibeas aquam (*ſuccum*, i. e. vel *decoctum*) prunorum Damaſcenorum, vel pruna ipſa, recentia ſc. vel in julepo macerata: his utaris cum ſaccharo. [7] Mannæ verò ſpeciem, Terengiabin dictam, nequaquam adhibeas; his enim æquè noxia erit, ac mel illis qui variolis laborant, ex crapulâ *quam excitabit*: augebit in illis etiam ſyncopen et moleſtiam. Eodemque modo caveas etiam, ne illis bibendum præbeas lac dulce et violas, etenim hæc utraque augebunt ſyncopen et moleſtiam, in illis quibus jam adfuerint. Quemadmodum autem in variolarum curatione, primum eſt et maximè neceſſarium ſanguinis de-

Cap. XIII.

---

[7] Ebn Beitar—منّ هذا اسم لكل مـا وقع من السما وينعقد كالترنجبين والشيرخشك والعشر ومـا يشبه ذلك وقيل في عشرة ابصاف

i. e. Manna—id nomen eſt cujuſque rei, roris inſtar è cœlo cadentis, et dein concreſcentis; uti Terengiabin, et Shirchoſhk, (veriùs Shirchoſht) et Algnoſhar, et his ſimilium. Species ejus dicuntur eſſe decem, etc.

 tractio,

اذا كان كثيراً ولم تطمع في تسكين قراته
بالتطفية لكن تحتاج ان تخرج بعضه للتخفيف * عن [8] الطبيعة وتنقص من امتلاء العروق
وتصدرها وتمديدها بكثرته التي لا تومن
معه الاحداث والاعراض الردية لاسيما متي
يسخن حتي يكثر فيه البخار كذلك ينبغي ان
يخرج في ابتدي الحصبه شيا من المرار متي
رايته غالبا كثيراً ثم تقبل علي ما بقي
بالتطفية واية غلبته شدة اللهيب والكرب مع
خروج منه في القيء والاختلاف ومرارة الفم فان
مقدره ليس بالكثير ومتي كان الكرب والعطش
والحرارة قوية ولم يبرز المرار بالقيء والحلنه

* MS. L. لتجنف

---

[8] Ut natura fublevetur — vel mutato puncto

tractio, quando nimius eſt, atque vim ejus compeſcendi nulla eſt ſpes per uſum extinguentium; oportebit ergo partem ejus detrahere, [8] ut natura ſublevetur, et ut minuas vaſorum ſanguineorum plethoram, et turgeſcentiam, et extenſionem ex nimiâ ejus quantitate: ſecus enim ab accidentibus et ſymptomatis malis minimè tutus erit *æger*: præcipuè vero quando *ſanguis* incaleſcit adeo, ut in eo exhalatio abundet. Eodem etiam modo oportebit, ut in initio morbillorum aliquid bilis detrahatur, quando videris illam redundantem et nimiam: deinde ut extinguentibus, reliquiis ejus occurras. Signum vero redundantiæ bilis eſt, vehementia inflammationis, et moleſtiæ, uti etiam, bilis per vomitum vel per dejectiones alvi evacuatio: et oris amaritudo. Et ſi quantitas ejus non ſit nimia, nihilominus quando adfuerint moleſtia, et ſitis, et calor vehementes, et bilis nec per vomitum nec per alvum

---

[8] للتجفيف "ad deſiccandum à naturâ." Vide not. 4, pag. 175.

evacuata

فان مقداره ليس بكثير الا انه ردي بقدر شدة

اللهيب والكرب ، وهذا مـــا يحتاج ان تعرفه

من تدبـيــر تلين الطبيعة في ابتدي هذين

المرضين [9] فامّـــا اذا كانت الطبيعة لينة فلا تقرب

شيـــاً مليـنـــاً فانه لا نومن في هذين المرضين

سرف لـين الطبيعة اذا سقي في احدهما ما يلين

البطن [9] فامّـــا متي لانت * الطبيعة فاسقه بدل

* MS. L. كانت

ما الشعير مـــا سويق الشعير وان احتجت

فاطبخ مع سويق الشعير سويق حب الرمان

وان كانت اكـثر لـيـنـــاً فاسقه بـــالـصمغ

والطباشير ،،

---

[9] فامّا متي لانت الطبيعة—*Quando igitur fluat alvus*—ita reſtitui—ita conſtat legiſſe Græc. Interp. pag. 258, lin. 10, 11, ὅτε δὲ διαχωρήσει ἡ γαστὴρ—menda librarii feſtinantis كانت in MS. Codic. L.

يوحنا

evacuata eſt, non quantitate ſed qualitate pravâ nocere æſtimanda eſt, pro vehementiâ inflammationis et moleſtiæ. Hæc vero ſunt, quæ te ſcire neceſſarium eſt, de regimine ſolutionis alvi in principio horum duorum morborum. Verum enimvero, quando *(in principio)* natura laxa fuit, nequaquam adhibeas quidquid ſolutivum. In his enim duobus morbis, à nimiâ laxitate alvi minimè tutus *(æger)* erit, quando in alterutro eorum quid bibat quod ſolvat ventrem. [9] Quando igitur fluat alvus, vice aquæ hordei bibendam præbeto aquam Sauic hordei. Et ſi ad id coactus ſis, unà cum Sauic hordei coquas [10] Sauic granorum mali Punici: et ſi alvus ſummè laxa fuerit, fac bibat, etiam cum gummi Arabico et Tebâſhir.

Cap. XIII.

textu poſuit pro لانت. In exemplari meo vox eſt كانت; uti etiam in Boerhaaviano: in cujus margine à Solom. Negri لينة additur ad ſenſum perficiendum. Atſi لانت legeris, ſenſus ſanus erit, et integer. Correctio levis, at ſatis obvia!

[10] Vide not. 3, pag. 162, 163.

يوخذ صمغ درهمين [11] طباشير درهم تسحق مثل الكحل وتدر علي اربعة اواق من ماءَ سويق الشعير وتسقا ان كانت اكثر لبناً واسق قبل ماءَ الشعير بمقدار ساعة من هذا الدوا الذي اصفه ثم اسقه ماءَ سويق الشعير ،،،

وصفته

يوخذ ورد احمر مطحون وطباشير وبزر الحماض وسماق وانبرباريس اجزء سوا صمغ عربي وطين مختوم وقشور الخشخاش وجلنار كل واحد نصف جز ويسقا منها ثلثة دراهم باوقية [12] من رب السفرجل الشادخ * الحامض وان امتدت بهم

* MS. L. الساج

[11] Vide not. 22, pag. 62, et feq.

SUMANTUR gummi Arabici drachmæ duæ; [11] Tebâſhir drachma una: contundantur inſtar collyrii minutiſſimè, et inſpergantur in uncias quatuor aquæ Sauic hordei, et bibendum præbeto, ſi alvus valdè laxa ſit. Bibendum præbeas autem, unius horæ ſpatio, priuſquam biberit aquam [Sauic] hordei, de medicinâ hac quam mox deſcripturus ſum, dein aquam Sauic hordei bibendam præbeto.

Cap. XIII.

DESCRIPTIO ejus.

SUMANTUR roſarum rubrarum molitarum, et Tebâſhir, et ſeminis oxalidis, et ſumac, et berberum, ana partes æquales. Gummi Arabici, et terræ ſigillatæ, et corticum papaverum, et balauſtiorum, ſingulorum pars dimidia. Ex his bibantur drachmæ tres ex unciâ unâ [12] rob mali Cydonii vireſcentis acidi. Quodſi in iis

[12] *Rob mali Cydonii vireſcentis acidi*—Gr. verſio, pag. 258, lin. 17, κυλαν κυδωνιε ἀπλα και οξυνε.

الحلقة ويهكوا عليه فاسقهم من [23] الرايب الحامض المستقصي نزع زبده بالكعك النضيج الجيد مع شي يسير من صمغ العربي وكثيراً ما يحدث بهم محج فينبغي ان يوخذ علاجهم حينئذٍ من الموضع الذي قد ذكر فيه ذلك ٠٠

واننقل الان في السليم والمهلك من الجدري والحصبه ٠٠

---

perſeveret alvi fluxus, et ex illo debilitati ſint, bibendum præbeto [13] Al Raib acidum, cui ſummâ curâ cremor ademptus ſit, cum pane biſcocto optimo, ſummè cocto, et pauxillo gummi Arabici. Sæpè etiam accidit illis dyſenteria. Oportet ergo, hujus curationem tunc deſumere, ex loco ubi illam anteà deſcripſi.

Cap. XIII.

JAM verò dicamus de ſalutaribus, vel lethalibus variolis et morbillis.

---

[13] *Al Raib*: vide not. 16, pag. 57, et not. 19, pag. 60.

الرابع عشر

في المهلك والسليم من الجدري والحصبة ،

ان الجدري والحصبه من الامراض [1] الحادة ومن
اجل ذلك يعمهما واياها العلامات الدالة على
المهلك من المرض الحاد والسليم فحسن التنفس
وصحة العقل والهشاشة للطعام وخفة الحركات وصلاح
النبض واستقلال العليل بعلته وحسن اضطجاعه
وقلة تقلبه وتلقه ونحو ذلك من العلامات الردية

---

[1] *Acutorum calidorum morborum:* vox حارة dubio modo pingitur in exemplari utroque. Adeo ut per الحارة *calidorum*, vel الحادة *acutorum*, efferri poterit. Utrumque utpote verum fenfum retinui.—Græca verfio, pag. 258, lin. 23, 24, τα δυο ταυτα νοσηματα των οξεων νοσηματων οντα, etc. الحادة nimirum legens.

التي

CAPUT XIV.

De lethalibus, vel ſalutaribus variolis et morbillis.

VARIOLÆ et morbilli ex *numero* ſunt [1] acutorum calidorum morborum, atque inde eſt quod cum illis multa habeant communia: ut et ſigna etiam, in morbis acutis calidis, [[2] ſalutem vel] interitum indicantia. Salutaria quidem ſunt, reſpiratio bona, intellectûs ſanitas, et appetitus ad cibum capiendum, et agilitas ad motum, et pulſûs bona habitudo, [3] ægroti contemptus morbi ſui, diſcubitûs commoda diſpoſitio, pauca corporis jactatio, et pauca inquietudo. Et eodem modo de ſignis lethiferis, quæ

[2] [*Salutem* vel] interitum indicantia—deeſſe videntur علي السلام و ad ſenſum perficiendum.

[3] Ægroti contemptus morbi ſui—Gr. verſio, pag. 258, lin. 27, 28, *και το καταφρονειν τον καμνοντα της νοσης*, etc.

memoravimus

التي قد ذكرنا منها طرقاً صالحاً في كتاب المنصوري[4] ،،

واما ما يخص الجدري والحصبه فهذه ، الابيض من الجدري الكبار المتفرقة القليلة العدد السهلة الخروج الذي ليس للحمي معه كثير صولة وحرارة ولا الغم والكرب والذي تسكن عن العليل مع خروجه اولاً فاولاً الحرارة والغم والكرب وتسكن بعد تمام خروجه ذلك سكوناً تاماً اسلمه واقلة غايلة ويتلوه في السلامة الابيض الكبار وان كانت كثيرة العدد متقاربة بعد ان يكون سهل الخروج ويكون خروجه يخفف عن كرب العليل وحرارة على ما ذكرنا ،،

4 Al Manfouri—extat Arab. in bibliotheca Bod-

memoravimus olim ſummariè et verè, in Cap.XIV. libro [4] Al Manſouri.

Quæ verò ſunt propria et peculiaria variolis et morbillis, hæc ſunt. Variolæ albæ, magnæ, diſcretæ, numero paucæ, exitu faciles, in quarum febre comitante, nec abundans eſt pervicacia, nec calor, nec mœror, nec moleſtia: et ubi à primâ eruptione earum (à primâ, *inquam*) et calor, et mœror, et moleſtia, ſedata ſint; quæ omnia, poſt abſolutam earum eruptionem, abſolutè et perfectè quieſcunt: *hæ* generis maximè ſalutaris ſunt et minimè periculoſi. His in bonitate proximæ ſunt, albæ magnæ: etſi numero ſint plures et ad invicem propinquæ, vel *cohærentes*. Si ſint exitu faciles, et exitus earum ſublevaverit ægrum à moleſtia et calore: quemadmodum memoravimus.

---

leianâ (at mancus eſt codex) inter Codic. Marſh. N° 376. deſunt libri quinque poſteriores.

Eæ

وامّـا مـا عسر ظهوره ولم يخف العليل على
خروجه فردي الا انه ليس بمخوف ما لم
يسوء حال العليل على خروجه فان سات فانه
مخوف بعد ذلك ومن الابيض الكبار جنس ردي
مهلك وهو الذي يتصل بعضها ببعض وتنبسط
حتي تصير الكثير منها واحد وتاخذ من البدن
موضعاً كبيراً او تصير شبه دواير لها مقدار
من العظم وتصير في لون الشحم ،،

وامّا البيض الصغار جداً المتقاربة الصلبة
التالولية التي لا تحمل ماءً فردية وراديها
بمقدار عسر نضجها وان لا يخف العليل على
خروجها فان سات حاله بعد تمام خروجه فانه
مهلك ،،

Eæ verò quarum difficilis eſt eruptio, et ægrotus dum exeunt non ſublevatur, pravæ ſunt quidem. Atqui non adeo timendum erit, ubi ſtatus ægri, dum eruptio fit, minus benè ſe habeat, ac ſi poſteà pejus ſe habeat. Ex albis autem magnis, genus eſt pravum, lethale; et id eſt, ubi ad invicem conjunctæ ſunt, et dilatant ſe adeo ut plures ex illis in unam coaleſcant, et occupent magnum corporis ſpatium, vel evadant inſtar circulorum ingentis ambitûs, et adipis colorem referant.

Quoad albas, parvas valdè, ad invicem vicinas, duras, verrucoſas, quæ humorem non continent, iſtæ profectò pravæ ſunt: earumque pravitas pro difficultate maturationis earum æſtimanda eſt. Et ſi ab exitu earum non ſublevatus ſit æger, at contrà ſtatus ejus poſt abſolutam earum eruptionem malè ſe habeat, iſtæ quidem lethales ſunt.

وامّا الذي [5] الي الخضرة والبنفسجي والذي الي السواد فكله ردي مهلك واذا حدث معهما الغشي والخفقان كان اشر واوحي في الهلاك فاذا ازدت الحمي بعد ظهور الجدري فهو ردي واذا نقصت بظهوره فهو سليم والجدري المضاعف يدل علي كثرة المادة فان كان من جنس السليم فهو اقل في السلامة وان كان من المهلك فانه اوحي اهلاكاً ،،

واسلم الحصبه الذي ليس بشديد الحمرة فامّا الكمد فردي [6] وامّا الاخضر والبنفسجي فمهلكين ومتي غار الجدري والحصبه بغتة بعد ان كان قد برز وبدا وحدث مع كرب وغشي فانه

5 *Ad viridem* : Gr. verſio, ὑπόχλωρον.

سيتبع

Quæ verò [5] ad viridem et violaceum *vergunt colorem*, quæque ad nigrum, hæ omnes pravæ ſunt, lethales. Et quando cum his accidunt deliquium et cordis palpitatio, pejores ſunt adhuc, et ad perniciem proclives magis. Et quando augetur febris poſt apparitionem variolarum, id pravum eſt, et quando minuitur dum exeunt, id ſalutare eſt *ſignum*. Variolæ etiam duplicatæ, materiæ abundantiam indicant: etiamſi generis ſint ſalutaris, minus ſalutares ſunt: quodſi lethalis, ad interitum ſunt procliviores.

Cap.XIV.

Morbilli maximè ſalutares ii ſunt, qui vehementi non ſunt rubore: fuſci quidem pravi ſunt: [6] virides autem et violacei, ambo planè lethales. Et quando variolæ et morbilli de improviſo intus ſubſidunt, poſtquam cœperint emergere, et cum moleſtia ſimul accidit deliquium,

---

[6] *Virides autem*—Arab. الاخضر—Gr. verſio, pag. 259, lin. 12, τα δε χλωρα.

ستتبع ذلك غشي مهلك بسريع الا ان يعود

بارزاً واذا * ظهر الجدري من اول يوم حم

العليل فانه مبادر سريع الحركه وان ظهر الي

الثالث فوسط وان جاوز الرابع فبليد ومتي ثار

في ايام البحران الجيدة فهو سليم لاسيما ان

خف العليل بعقبه وبالضد ،،

واذا قبل الجدري يتصل ويتسع ويشتد

الكرب وينتفخ البطن فالموت من صاحبه

قريب ،،

واذا انشقت الجدري الصغار الذي لا يحمل

ماء وعرض معه هذيان فالهلاك من صاحبه

قريب ،،

واذا كان الجدري او الحصبه يظهر مرة ويبطن

اخري ويعرض معه كرب وهذيان فانه مهلك

كيف

* MS. L. او اذا

interitus citò deliquium iſtud ſequetur, Cap.XIV.
niſi erumpant denuò. Et quando variolæ apparuerint in primo die quo febricitare cœpit ægrotus, iſtæ ſanè feſtinant, et motû ſunt celeres: et ſi in tertio die apparuerint, mediæ ſunt: atqui quæ quartum præterierint, hebetes et tardæ ſunt. Et quando in diebus criticis bonis eruperint, id ſalutare eſt *ſignum*, præcipuè ſi ægrotus poſtea ſublevetur: et contrà.

Et quando cœperint variolæ ad invicem connexæ confluere et dilatari, et moleſtia vehemens ſit, et venter inflatus tumeſcat, huic ægroto mors propinqua eſt.

Et quando variolæ parvæ, quæ humorem non ferunt, finduntur, atque unà accidit delirium; hujuſcemodi ægrotantis mors eſt in propinquo.

Item quando acciderit, variolas et morbillos ſemel apparere, deinde verò intus ſe recondere, et unà oriri moleſtiam et delirium, lethale eſt *ſignum* cujuſcunque

كيفَ كان لونه وقل ما يعرض ذلك مع الابيض

والذي ينضج ويجمل المـاءَ سريعـاً ؞

واذا هاج بعقب الجدري وقد اقبل منه صاحبه

وجع في الساق او الـيـد او في بعض الاعضـا

شديد جداً [7] او بادر الي الخضرة والسواد وصارت

قوته بعد ذلك اضعف مما كان واحدث يزداد

ضعفـاً مع زيادة * ذلك العضو او يلون فانه

* MS. L. زيادة

هالك فان ازدادت قوته مع ذلك فانه سيخلص

ويعفن ذلك العضو ؞

وان انت شرطت ذلك العضو في وقت ابتدي

الوجع بعد ان يكون العليل صالح القوة [8] تعقبه*

* MS. L. بعقبه

جداً او سلم بذلك من تعفن ذلك العضو ولا ينبغي

---

[7] *Membrum ad viridem, etc.*—Gr. verſio, pag. 259, lin. 25, και ὑποχλωρος η μελαινα φανῃ η τα οδυνωμενα τοπα χροια.

jufcunque fint coloris. Hoc verò rariùs accidit in albis, et in illis quæ maturantur, et citò ferunt humorem. Cap.XIV.

Et quando tumultus oritur fub finem variolarum, et exinde dolor admodum vehemens occupat ægrotum, in crure, vel in manu, vel in quolibet membro, vel [7] *membrum* ad viridem vel nigrum vergat colorem : et fi vires ejus poftea debiliores fint, quam fuerant anteà, et evenerit membri iftius augeri debilitatem pariter cum augmento doloris, vel fi fummè coloratum fit, id lethale *fignum* eft. Quodfi cum his vires ejus redierint, ipfe quidem evadet, et membrum iftud putrefcet.

Si verò fcarifices iftud membrum, ab ipfo tempore ex quo cœperit dolor illud invadere, modo poftea ægrotus fit integer virium, [8] profectò maximè juvabis; vel etiam, à putredine fervabitur illud membrum, per hanc *praxin*. Porro mi-

---

[8] تغقبة جدا—Gr. ver. *ωφελησεις αγαν*, تعينة جدا legens,—*profectò maximè juvabis.*

nimè

في مثل هذه الحال ان يدنا ذلك العضو شي

بارد البتّة بل امّا ان تشرط * وامّا ان

توضع || في الماءَ الحار اذا رايت حال العليل

قد حسن بعقبه ،،

والانا قد اتينا علي جميع الاعراض المقصودة في

علاج هذا الدو والاحتراس منه فانه قاطعون

كلامنا فيه ولواهب العقل الحمد بلا نهاية كما

هو اهله ومستحقه ،،

* MS. L. تشرط

|| توضع

تم الكتاب

nîmè oportet in hujuſmodi caſu, quicquid refrigerans iſti membro applicare; verum vel, ut ſcarificetur, vel in aquâ calidâ ſubmergatur, quando poſtea ſtatum ægri benè ſe habere conſpexeris. Cap. XIV.

Nunc igitur, quemadmodum percurrimus omnes articulos nobiſmet propoſitos in curatione hujus morbi, et præſervatione ab illo, hîc noſtrum ſermonem præcidamus.—Intellectus autem Largitori laus sit sine fine, qua ille est dignissimus et merentissimus.

Explicit Liber.

FREIND. *Opera, Lat.* (Lond. 1733, Fol.) pag. 333.—FREIND. *Epiſt. de Purgantib.* (Lond. 1719, 4to,) p. 90.

——" Itaque RHAZES, ſcriptor ſanè in-
" telligens, tam in hoc de Peſtilentia
" opuſculo, quam in ipſo Continente,
" totum hunc de Variolis locum illu-
" ſtravit: ita quidem cumulatè plenè-
" que, ut perpauca vel ad ſigna ſtabi-
" lienda, vel ad elicienda præſagia, vel
" etiam ad curationem, in primo ſal-
" tem ſtadio rectè tractandam, deeſſe
" videantur. Ex hoc fonte mihi vi-
" dentur omnia, quæ ad Variolas per-
" tinent, hauſiſſe, qui deinde ſecuti
" ſunt Arabum magiſtri."

Opera Parva Rhazis,
(Lugduni 1511, 8vo,) fol. 201. b.

RHAZIS AD ALMANSOREM.

Gerardo Carmonensi Interp.

Lib. X. Cap. 18.

De variolis & morbillo.

CUM febris acuta et conclusa pueris præcipuè, aut juvenibus, evenire cœperit fueritque cum ea dorsi dolor et narium pruritus, et in somno timor ac capitis gravitas, et oculorum rubedo, et in corpore sentitur punctio, sciendum est quod ægro aut variolæ aut morbillus citissimè supervenient. Quapropter si antequam apparere incipiant, medicus ægrum inveniat, minuere eum faciat, aut cum ventosis sanguis extrahatur. Minu-

atur equidem ſanguinis multitudo. Conſequenter vero trochiſci de Spodio cum ſucco granati acetoſi in potu tribuantur. Æger quoque non nutrietur niſi ex ptiſana: et hoc in manè et prope noctem fiat. Quodſi ipſe largiorem appetierit nutricationem fueritque ipſius virtus debilis, alia non dentur niſi lentes abſque corticibus cum pauco aceto conditæ: aut ſorbitiones quæ fiunt ex amylo et zuccharo, et oleo amygdalino, et epulum quod ex oleribus frigidis quæ haberi poſſunt præparatur. Rob quoque quod fit ex fructibus acetoſis aut ſtipticis, ad bibendum detur. *Venter autem ſi ſtrictus fuerit, infuſiones quotidiè in potu ſumantur.* Ex hoc enim aut omnino prohibetur puſtularum egreſſio, aut, ſi quid egreſſum fuerit, parvum erit.

Si vero æger à medico non prius fuerit inventus quam paſſio egredi incipiat, non erit tunc minuendus: neque trochiſci de Spodio erunt dandi; ſed corpus ipſius erit benè cooperiendum, ut ſudor provocetur. Ex hoc enim levis fiat materia ad exeundum. Si autem videatur paſſio dura eſſe ad egrediendum, et æger videatur

deatur eſſe vehementis nauſeæ, et cum multa æſtuatione, et accidit ei levitas in aliquibus horis, apozema de ficubus et uvis paſſis, lentibus abſque corticibus, et ſemine fœniculi, et fuſtibus de lacca in potu ſumat, quod hoc modo fit. Cujuſque prædictorum pugillus unus ſumatur, deinde omnia in aquâ coquantur et colentur, quorum apozema multotiens in die ſumatur.

Aqua præterea roſarum, in quâ ſumach infuſum fuerit, aut ſucco qui ex carnoſitate granati exprimitur, oculus inquinatizetur. Aqua etiam frigida cum pauco aceto mixta in potu tribuatur: et gargariſmus ſimilitèr ex ea fiat. Quod ideo fieri convenit, ne in oculis aut naribus aut gutture ex ea aliquid egrediatur. Antimonium quoque cum ſucco coriandri fricetur, et in oculis multotiens in die mittatur. Cumque tota paſſio egreſſa fuerit et matura, æger ſuper folia ſalicis ponendus ad dormiendum; aut lectus ejus ex roſis tritis eſt pulveriſandus. Si quid autem ex prædicta ægritudine non citò ſiccatur, quod ſit magnum, et cum multo humore, ex aqua ſalſa

cum

cum coto imbibatur. Et ſi fuerit hyemis tempus, ligna tamariſci ante ægrum ſunt comburenda. Si verò æſtatis tempus fuerit, ex ſandalis et foliis roſarum et myrti, ſuffumigatio facienda eſt. Hæc quoque omnia cum aquâ coquenda ſunt, in qua æger, ſi ſiccitas prædictarum tardata fuerit, mittendus eſt.

CUMQUE illud quod prædiximus benè ſiccatum fuerit, et remanſerit deſuper cortex fœdus, et habens eſcaras, ex oleo tepido cum coto multotiens in die inungatur; cumque omnes cortices ceciderint, et æger ex toto ſanus fuerit. Sed ſi ſigna quæ remanſerint removenda fuerint, ex eis quæ in *capitulo de remotione ſignorum prædiximus, liniantur ſæpe. Balneo quoque et regimine quod ad hujus curam valet utatur. Quodſi variolæ et morbillus egrediantur, non minuto ſanguine, ſuccus duorum granatorum cum trochiſcis de Spodio detur: et ex omni regimine quod poteſt infrigidare regatur. Pullos præterea non comedat, niſi poſtquam omnes cortices qui ſunt ſuper loca variolarum remoti fuerint, et febris à corpore atque omnis calor ſeparatus fuerit.

*Cap. 27. Lib. V.

rit. *Summopere etiam est cavendum ne aliquid quod ventrem solvat ægro postquam variolæ aut morbillus apparere cœperint, neque febris neque æstuatio tribuatur. Quodsi venter multum solutus fuerit, ptisana cum*[1] *Spodio et gummi Arabico, et bolo Armeno, atque rosis, sicut in capitulo de fluxu ventris prædiximus, in potu tribuatur.* Omnibus verò variolis illæ quarum colores sunt violacei, et quæ sunt parvæ et duræ, et non maturantur, deteriores existunt. Morbillus quoque cujus color est ut violæ color similiter, est malus. Si autem variolæ et morbillus duriter egredi et maturari videantur, neque febris, neque æstuatio sedantur neque alleviantur, et supervenerint præter hîc sincopis et cordis tremor, æger proculdubiò moriturus est. Quodsi variolarum egressio velox fuerit, et maturitas velox, febris quoque atque calor sedantur, non erit ergo timendum; quia nihil mali inde patietur.

---

[1] Spodium, i. e. Tebáshir: vide not. 22, p. 62.

OPERA

OPERA PARVA, fol. 66. b. 67. a.

RHAZIS DIVISIONUM,

CAP. 159.

GERARDO CARMONENSI Interprete.

SIGNA variolarum ſunt, febris acutæ caliditatis concluſa, et vehementia doloris dorſi, et pruritus naſi, et timor in ſomno. Si autem febris eſt vehementioris caliditatis, et anguſtia eſt major, tunc portenditur morbillus.

ET cura variolarum, cum incipiunt ſigna, eſt phlebotomia, ſed poſtea non: ſed attende, et ſi fuerit æger bonus in parvi pendenda ægritudine, et non habuerit anguſtiam vehementem, et variolæ jam inceperint exire, tunc rege eum eis quæ feſtinare faciunt exitum variolarum: et non des ei in potu aliquid frigidum cum

cum frigiditate plurima, ut non ſiet exitus variolarum, et ſuperveniat ei tarditas et difficultas. Si autem videris variolas pigri exitus, tunc da ei decoctionem ficuum cum virgis laccæ et aliquantulum croci, ut feſtinare faciat exitus illarum. Cum ergo exierint omnes, tunc adjuva eas ad maturandum cum regimine, et vaporatione cum vapore aquæ, ſi non cœperint pervenire ad maturationem; et rege eos regimine habentium apoſtemata calida, tribuendo in potu aquam hordei, et alia, ſecundum quantitatem vehementiæ caliditatis: *et non multum intendas ad ſolvendum naturam, et præcipuè in morbillo, et in fine rei ſuæ: nam non forſitan ſalvabitur, habens ipſum à ventre in fine rei ſuæ.* Et quando tu facis vaporem et maturas, tunc adjuva ad exſiccandum eas cum ſuffumigatione foliorum myrti et foliorum roſarum, et fumo tamariſci, et decoque iſta, et ablue eas cum aquis eorum, ſi tardatur earum exſiccatio. Cum ergo exſiccantur, ſi remanet in eis aliquid difficilis exſiccationis, degutta deſuper aquam et ſalem: et cum confirmatur eorum exſiccatio, et completur, tunc deſtilla deſuper oleum

tepidum multotiens, donec cadunt crustæ omnes. Et incipe, quando apparent variolæ, et signa earum, et destilla in oculos aquam rosarum, in qua infusum sit aliquid sumach, et seminis rutæ: et quando in albedine oculi accidit locus rubeus, et pruritus; aut albus in nigredine ejus: et si non accidit istud, et videris variolas paucas, tunc indigebis hoc. Quodsi inveneris pruritum, qui est in oculo non sedari per illud, imo redditur fortior quam fuit, tunc destilla in eum ex [1] al Muri et sale: et vapora ipsum vapore aquæ calidæ. Morbillus autem est majoris timoris quam variolæ, nisi in oculo. Intende ergo in illo cum eis quæ educunt choleram cum facilitate absque calefactione: sicut aqua prunorum, et granati contriti cum suis interioribus, cum saccharo, et aqua hordei, et aqua melonis Indi, et citrulli, et cucurbitæ, et mucilagine psyllii. Si autem inveneris infirmo post hanc medicinam advenire tristitiam et angustiam, et fortasse

---

[1] *Al Muri*. vide not. 5, pag. 112.

cooperiet

cooperiet eum ſyncopa, tunc fac eum ſorbere aquam frigidam, et fac eum ſedere in ea parum, et frica corpus ejus, et cooperi eum donec ſedetur quod in ipſo eſt, et egrediatur morbillus ad exteriora corporis, deinde redi cum exierit ad extinguendum: *et ſerva naturam in fine rei, ut non ſit cauſa ad ſolutionem nequiſſimam*; et ſi inveneris in infirmo reſudationem ſanguinis ex locis morbilli, fac eum ſedere in aqua frigida. Et ſcias, quod eſt morbillus malus; et rubeus et violaceus hujus ægritudinis, eſt malus et pernicioſus: et variolæ citrinæ, duræ, propinquæ, involutæ, multæ et rubeæ, vehementis rubedinis, et violaceæ, et illæ quæ ambulant ut formica, et quæ faciunt ſuperficiem corporis ſicut ſpaſmata, omnes malæ ſunt, et mortales. Et oportet etiam, ut cum ſenſeris variolas, ut præcipias ægro gargarizare cum aqua roſarum, etiam ut minoretur quod egreditur in gutture ſuo; et effunde in aurem ejus Sief [a] *Memithæ* cum aceto et

---

[a] *Memithæ*: vide not. 4, pag. 110.

aquâ, ut minoretur quod egreditur in aure ejus; et fac eum in naribus ſurgere (*ſugere*) oleum myrtinum, ut minoretur quod egreditur in ejus naſo: nam cum hoc feceris qui ſcit (*quieſcit*) ex læſione magnâ. Et ſi conqueritur de punctura in plantis pedum, et manuum, aſſiduet poſitionem eorum in aqua calida: et non cibes eum in his duabus ægritudinibus, pullis, donec cadant cortices, et recedat ſitis, et malitia anhelitus. Poſtquam igitur ceciderint cortices, tunc aſſiduatio balnei, et regimen impinguativum corporis, implebunt foramina earum. Et medicinæ quæ eradicunt panum, delent veſtigia earum.

DE

DE

VARIOLIS ET MORBILLIS.

CAP. VIII. LIBRI 18. CONTINENT.

(Juxta Edit. BRIXIENS. 1482.)

De variolis et morbillis.

De blactiis et lenticulis.

De apostematibus pestilentialibus.

INQUIT [1] Judæus deteriores variolæ sunt illæ quæ sunt parvæ propinquæ ad invicem, et viridis coloris; et grossæ et divisæ, sunt salubriores. Et dixit, cum

---

[1] Judæus, i.e. Maserjaweius—وكان يهودي المّلة وهو الذي يعنيه ابو بكر محمد زكريا في كتابه الحاوي بقوله قال اليهودي etc. i.e.

cum accidunt variolæ, non exhibeas frigida, quia poſſibile quod ſtupefacient ſuperfluitates; ſed des eis ſemen apii maratrum et zuccarum, ut ſit attractio earum ab interioribus ad exteriora: et in quarto exhibeas ptiſanam cum aqua decoctionis jujubarum et zuccarum, *et ſi ejus venter eſt conſtipatus leni ipſum cum aqua mannæ, et ſimilibus, in fine vero minimè, ſed redde ejus corpus ſtipticum quanto magis potes.* Et fiat gargariſma cum aqua decoctionis maratri, zuccari, et aliquantulo ſucci granati: et ſæpe exhibeantur ad ſugendum quod nil poſſit in ore et gutture exire: et fac collyrium in oculis cum [2] *Elmori*, aut antimonio, cum ſucco coriandri et camphora, ut nil poſſit accidere in pupilla.

المري

---

i. e. Fuit autem religione Judæus: et hunc ſignificat Abu Beker Mohammed fil Zechariæ, in libro ejus, *Continens*, dicto, quando dicit, dixit Judæus—*Abu Oſbaia* in vitâ Maſerjaweii.

[2] Elmori—Al Muri, i. e. vide not. 5, pag. 112.

Dico,

[3] Dico, debes similiter evitare interiorem partem narium, quod nihil eis eveniat, cum sandalis et aceto, et odoret sæpe æger acetum et aquam, et cum his liberabitur. *Et si in fine ejus venter est fluxibilis, dentur herba acetosa et fasioni decocti cum granis granatorum et agresta.* Et si sentit aliquam ex his in gutture, des ei ad lambendum rob agrestæ: et post septimum sali ipsum cum aqua et sale, et pausillo croci; et postea pulveriza ejus corpus cum rosis, sandalo, et aliquantulis camphoræ: et cibus ejus sit extinctivus, desiccativus, et lenis. Et tempore hyemis accende coram eo ignem ex lignis tamarisci; et cum variolæ sunt digestæ, dormiat super farinam fabarum vel rizi, aut pannici vel ordei, et similiter sit plenum ejus cossinum; et ex hoc velociter desiccantur etiam variolæ: et variolæ evenientes post febrem, sunt salubriores præcedentibus eam. Et signa blactiarum sunt vox grossa et rauca, tempora elevata, oculi rubicundi, lachrymæ,

---

[3] Rhazes loquitur.

et

et nauſea cum abominatione: et blactiæ accidunt ſubitò, et variolæ ſucceſſivè. Et blactiæ viridis et violacei coloris ſunt malæ; et prope cum apparent et abſentantur ſubitò, quia ſincopizavit patiens, et velociter moritur. Et variolæ quæ ſunt nigri coloris et deſiccantur, et non implentur aquâ, ſed ſunt duræ ut porri, adducunt ſincopim et mortem. Et variolæ quæ ſunt humidæ, fumigentur ex foliis mirti, et roretur ſuperficies cutis cum aqua diu agitata cum radicibus cannæ ſeu ſalicis; et pulveriza deſuper cum [4] Merdeſengeth, ad removendum earum cicatrices.

Dico, oleum fuſticorum delet omninò cicatrices variolarum.

Inquit [5] Tabri: quando in febre ethicâ apparet rubedo oculorum et faciei,

---

4 Merdaſengeth: Arab. مردسنج à Perſic. مردسنك Lithargyrus.

5 Tabri—Rhazis ſc. magiſter: ut ex Abu Oſbaia diſcimus. Adeoque circa A. D. 880.

ciei,

ciei, et corpus et caput ſentitur ponderoſum, et adeſt pruritus narium, ſternutatio, anguſtia, et lamentatio, eſt ſignum variolarum: tunc collirizandi ſunt oculi ex antimonio diſſoluto in aqua pluviali, aut ſucco coriandri, vel ſucco interioris corticis granati vel pulpæ, ceu cum Napt alba vel petroleon: et detur in potu aquæ decoctionis lentium excoriatarum ʒ vj. dragaganti ʒ iij. et aqua in qua decoquantur debet eſſe in pondere quinque [6] rotulæ, et bulliant ad medietatem. Et cum hoc accelaratur earum exitus, et dentur eis in cibo lentes excoriatæ et torrefactæ, cum ſucco granatorum et fructibus ſtipticis.

Tabri: cum variolæ et blactiæ manifeſtè apparent, et collirizantur oculi cum [7] *Muri* confortatur pulpa, et præſervatur ab eis, et diſſolvitur eorum groſſities.

---

[6] Vide not. 7, pag. 102.

[7] Vide not. 5, pag. 112.

[8] Aaron: antram (*anthrax*) eſt apoſtema calidum, vel apoſtema epidemiale, quod oritur in inguinibus et ſub aſellis, et interimit quarto die vel quinto: et flitrax vel anthrax nigrum eſt malignum; et eſt poſſibile quod rubeum interficiat, et videtur impoſſibile quod poſſit aliquis à nigro et à viridi evadere: et ſimile eſt variolis et blactiis, et omnibus aliis apparentibus in cute ejuſdem coloris; et ſunt in ultima malignitate: et habentes colorem croceum ſunt malæ, minoris tamen malignitatis: albæ verò ſunt ſalutiferæ: rubeæ autem ut plurimum. Et generantur omnes ex malo ſanguine aduſto cum colera. Et ſi patientes anthracem poſſunt commodè flebotomari, non reperitur cura melior ipſa. Et inunge locum cum luto Armeno, et des ſimiliter de eo in potu cum aqua frigida, eſt enim ſatis laudabile et juvativum.

---

[8] Aaron: Preſbyter Alexandrinus — floruit circa A. D. 622.

SIGNA

Signa variolarum et blactiarum sunt à principio febris calida, soda, rubedo oculorum, et ut plurimum apparent hæc in tertio die; et possibile est ut appareant in primo et secundo: et de laudabilioribus signis salutis sunt cum apparent in tertio, aut in tempore quo febris est lenta; et è contrario. Cum verò moventur in primo die, moventur ex vehementia febris, et profunda et forti cogitatione.

Dico, febres variolarum sunt continuæ de sanguine, et ut pluries accidunt pueris: et cum apparent, non exhibeantur frigida et extinctiva; sed exhibeas patienti maratrum et semen apii, vel aquam decoctionis eorum quousque exeant exterius: et priusquam hæc exhibeas fac flebotomiam et illinitionem; sed si in totum manifestè ad exteriora exierint, abstineas à flebotomia et illinitione. Et teneat æger sæpe in ore aquam decoctionis lentium et rosarum; et collirizentur oculi cum antimonio et camphora: et hæc cura præservat oculos, guttur, et nares ab eis. Et cum variolæ sunt coloris violacei vel viridis, sunt mortales: et

cum ſunt digeſtæ, jaceat ſuper farinam rizi, et fumigetur cum foliis mirti vel olivarum, *quia* deſiccantur. Et conſueverunt jam moderni medici dare in potu lac acetoſum extracto butyro: et habetur notitia ſignorum bonorum et malorum in capitulo morborum acutorum.

[9] IN LIBRO DE ABBREVATIONIBUS: variolæ et blactiæ ſunt de morbīs qui dicuntur nuntii, et ut pluries moventur ex corruptione aëris inductâ à cadaveribus, et maximè in æſtate, et in corporibus dimittentibus longo tempore flebotomiam.

DICO, quod multotiens habui per experientiam, quod ſigna variolarum et blactiarum ſunt febris continua, timor in ſomno, rubedo, et pruritus in naribus, dolor vehemens lumborum et dorſi; oſcitatio, alices, et coloris inflammatio.

---

9 Cujuſnam ſit Authoris, incertum eſt.

INQUIT

[10] INQUIT VIGILATOR: quando in febre continuâ oculi et maxillæ ſunt rubei, et pruritus eſt in naribus, et ponderoſitas in capite, accidunt variolæ aut blactiæ; et cum apparent variolæ, ingenies, quanto magis potes, reducere eas ad exteriora, ut non accidat ex eis tremor cordis, aut

---

[10] Inquit Vigilator, i. e. Joſephus al Saher—floruit A. D. 900. Rhazi coætaneus—وفي ايام المكتفي اشتهر يوسف الساهر الطبيب ويعرف ايضاً بالقس وكان مشهور الذكر مكبا علي الطب كثير الاجتهاد في تحصيل الفوايد وسمي الساهر لانه كان لا ينام في الليل الا ربعة او ازيد ثم يسهر في طلب العلم ؛

i. e. Tempore Al Moctaphi claruit Joſeph Al-Saher (i. e. Vigilator) medicus, qui et Alkas, i. e. Preſbyter, appellatus eſt. Vir famæ celebris medicinæ ſtudio incumbens; magna diligentia in congerendis quæ utilia eſſent: ideo appellatus Al-Saher, quod non niſi quartam noctis partem, vel amplius paulo, dormiret, dein ſcientiæ acquirendæ invigilaret. *Hiſt. Dynaſt.* Arab. pag. 284. Lat. pag. 186.

velox,

velox mors, in dando in potu hanc decoctionem: ℞ Laccæ ablutæ ʒv. lentium excorticatarum ʒvij. dragaganti ʒiij. coquantur in medio [11] rotulo aquæ usque ad medietatem. *Et caveas quod non lenias ventrem post septimum*; et sint cibi sui constrictivi, sicut lentes cum succo granatorum et aceto. Et cum omnes extra fuerint, accendas in hyeme coram eo ignem ex lignis tamariscorum, quercuum, et sarmentorum: æstivo tempore verò non est necesse; sed debes ejus cameram fumigare ex sandalo, et abstergere eam cum foliis mirti, vitis, salicis, et granatorum: et cum incipiunt ipsæ desiccari, pulveriza eas cum farina rizi pannici, et pauco croci.

Dico, ego extimo quod hoc injunctum fuerat ad removendum cicatices; et de his pone supra faciem magis et sæpius; et si nares sunt læsæ, impone ceram dissolutam cum oleo; et si os, mucilagines.

---

[11] Vide not. 7, pag. 102.

MEDICINA conferens ad faciendum variolas velociter apparere, et exire. ℞ Ficuum citrinarum ℥vij. lentium excoriatarum et laccæ ana ℥iij. dragacanthi et maratri ana ℥ij. Coquantur in medio * rotul aquæ uſque ad medietatem; et detur de eo in potu, et prohibet et removet tremorem cordis, et oris ſtomachi, et partium eis adjacentium.

DICO, de proprietate ficuum eſt trahere ipſas ad exteriora.

[12] IN LIBRO LIBERATIONIS: medicina trahens velociter variolas ad exteriora cum levitate; et debet exhiberi cum incipiunt apparere. ℞ Ficus albas et magnas numero quinque, lentium excoriatarum ℥vij. Coquantur in medio * rotulo aquæ ad conſumptionem trium partium, et diſſolvatur in eo croci ℈j. et detur jejuno ſtomacho, et hora ſomni.

---

* Vide not. 7, pag. 102.

[12] Cujuſnam ſit, non conſtat.

FILIUS

بن ماسويه

[13] Filius Mefue: cum vides blactias coloris fufci, et funt univerfaliter per totum corpus, et amplæ, et murmurat et pigrefcit, et ejus venter eft inflatus, qui manibus repercuffus fonat ad modum tympani, eft malum. Et dixit, figna variolarum funt febris continua, rubedo oculorum, et faciei; agitatio, et repentinus motus in fomno: et funt collirizandi oculi ex aqua rofacea in qua fumach infundatur, quia præfervat oculos à nocumento.

Dico, facies [14] Sief ex fumach et balauftia informatis cum aqua rofacea, et ad confortandum inftrumenta oculorum, et poft exitum variolarum, inftilla in oculis antimonium diffolutum in aqua calida, in qua per fex horas fit infufum coriandrum ficcum; quæ coletur, et ponatur paufillum camphoræ: vel fricetur cum aqua rofacea, ut ingenieris ad fefti-

---

[13] Filius Mefue—vide Pocock. Hift. Dynaft. Arab. pag. 255—258. Lat. pag. 166—168.

[14] Vide not. 3, pag. 110.

num

num exitum variolarum, ne superveniat sincopis, tremor cordis, aut repentinus motus, cum hac medicina. ℞ Laccæ ʒv. lentium excoriatarum et ablutarum ʒvij. dragaganti ʒiij. Coquantur in medio * rotul aquæ usque ad medietatem; et detur de ea in potu; et cibentur cum [15] *Mesh*, i. e. quoddam legumen de genere lentium quod ultra mare invenitur, excorticatis, decoctis cum succo granatorum: et in hyeme accendatur ignis coram patiente ex lignis tamarisci, quercûs et vitis; et cum incipiunt variolæ deficcari, inungantur cum penna ex farina rizi et pannici, et pauco croco dissolutis cum aqua rosacea. Et si appareat in naribus aliquid, pone in eis cerotum factum ex oleo violaceo, cera alba, et draganto; et in ore teneat mucilaginem psyllii: et des in potu trochiscos de ace-

---

* Vide not. 7, pag. 102.

[15] *Mesh*—ماش—Pisum Indicum. Plempio. pag. 200. Vide Hist. Arom. Clus. in Mungo, pag. 205. Gal. col. 2285.

tosa, et similibus, cum [16] Sauic hordei et succo granatorum; et non comedat de pullis quousque febris omninò mitigetur, et desiccentur variolæ, et cadent earum cortices. Et cibentur in principio cum oleribus mollificativis, *et laxetur venter usque ad septimum cum* [17] *aqua fructuum:* et detur in potu ptisana quousque adest febris. *Et post septimum nullo modo exhibeas aliquid lenitivum, quia in* [18] *declinatione morbi multotiens accidunt fluxus et ulcera intestinorum:* et semper sit suus cibus lentes excoriatæ decoctæ cum succo granatorum; et non appropinques ei oleum in principio nec in fine morbi, quia in principio prohibet exitum variolarum, et in fine reddit ulcera corrupta, et concavat locum.

---

[16] Vide not. 10, pag. 51.

[17] *Aqua fructuum*—vide Mesue (Fol.) pag. 148. —Pruna xl. myxa, zizypha, ana xxx. tamar. Indorum ℥ij. cassiæ fistulæ ℥iij. mannæ ℥j. Fiat ut diximus, (i. e. coq. in ℔ij. aquæ ad ℔j.)

[18] *Declinatione morbi*—vide not. 3, pag. 174.

[19] Filius Serapionis: cum apparent ſigna variolarum, principium curæ ſit flebotomia; et ſi virtus eſt debilis, fiat

---

[19] Filius Serapionis—ويوحنا بن سرافيون وجميع ما الف سرياني وكان والده سرافيون طبيبا من اهل [باجرمى] تاجرين وخرج ولداه طبيبان فاضلان وهما يوحنا وداود وليوحنا بن سرافيون من الكتب كناشة الكبير اثني عشر مقالة كناشة الصغير سبع مقالات ونقله الحديث الكاتب لابي الحسن بن تقبس المتطبب في سنة ثمان عشرة وثلثماية etc.

Johannes etiam filius Seraſiown (Serapionis) et omnia quæ ſcripſit, Syriacè. Pater ejus fuit Serapion medicus, ex familiâ mercatorum; cujus bini filii, Johannes et David, medici præſtantes evaſere. Ex libris à Johanne filio Serapionis ſunt collectio magna, duodecem tractatus *complectens*: collectio parva, quæ tractatus ſeptem complectitur, quam Hodaïth librarius interpretatus eſt Arabicè in uſum Abi 'lHaſſan filii Takis medici, anno H. 318, (*i. e. A. D.* 930.) Abu Oſbaia ad calcem Lib. vi.

caraſſatio: et cum incipiunt exire, pone in oculis aquam roſaceam decoctionis ſumach, aut ſuccum pinguedinis granatorum. Et ſi appareant in oculis variolæ, diſtilla in ipſis antimonium diſſolutum et fricatum cum ſucco coriandri recentis, aut aquam pluvialem in qua decoctum ſit coriandrum ſiccum; et da ei in potu aquam decoctionis laccæ, lentium, et ficuum, * *et* acceleres exitum variolarum; et cum exire incipiunt, des in potu ptiſanam cum aqua decoctionis lentium excoriatarum; et non exhibeantur pulli uſquequo febris omninò deficiet, et variolæ ſint deſiccatæ. Et ſint eorum cibus [20] Meſh, lentes, et olera.

* An *ut*?

MEDICINÆ ſimplices curantes variolas. ℞ Radices ſeu ramellæ fabæ, lutum molle liquidum; pinguedo aſini, ligna ſalicis fricata; oſſa vetuſta; radices cannarum deſiccatæ, tritæ, et pulverizatæ, et informatæ cum ſucco granatorum: Sief conditi cum corticibus melonum deſic-

[20] Vide not. 15, pag. 225.

caſa,

cata, litargirium confectum, crocus; ſpuma maris; albumen ovi; aqua hordei; oleum liliaceum; [21] Baurac; armoniacum; thus; zuccarum album; amidum *(amylum*, i. e.); amygdalæ dulces; mirra; coſtus dulcis; ſarcocolla; uſus balnei, et potus granatorum dulcium.

Filius Meſue: experimentum mirabile ad removendum cicatrices variolarum. ℞ Teſtæ ovorum, oſſis combuſti ana ℥ x. radicis cannarum ſiccæ ℥ xx. tegularum novarum, amidi lupinorum, ſeminis melonis, rizi abluti et cicerum, ana ℥ x. granorum Ben, coſti, ariſtolochiæ longæ, ana ℥ v. Terantur et pulverizentur, et informentur cum aqua hordei et melonis, et liniatur corpus totum cum eo, et ſtet per diem et noctem, et manè abluatur cum aqua decoctionis ordei et violarum.

Item contra cicatrices. ℞ Oſſa vetuſta, radices cannarum Perſarum, tegu-

---

[21] Vide not. 3, pag. 142.

larum

larum novarum, amidi, lupini, ſeminis melonum, rizi abluti, grana Ben, et de illis fac illinitionem cum aqua.

Item, ℞ Semen melonum excorticatarum, amygdalas dulces excorticatas, oſſa vetuſta trita, et [22] Merdaſengi conditum, et fac illinitionem cum aqua melonum aut ordei.

Vidi quendam plenum variolis, et linitus fuit cum aqua et ſale, et inflatus, et ſuſtinuit vehementem dolorem, quia variolæ nondum erant benè digeſtæ: et melius eſt quod deſiccentur primò cum multa camphorâ diſſolutâ in aqua roſacea; et dormiat patiens ſupra pannicum, folia ſalicum, roſas ſiccatas: et recentes, et ſandalum in æſtate cum eſt vehemens caliditas; et in hyeme accendatur ignis coram eo ex lignis tamariſci, ſalicis, et myrti. Et melius eſt ante apparitionem variolarum inſtillare in oculos aquam roſaceam, in qua infundantur ſumach,

[22] Vide not. 4, pag. 216.

camphora,

camphora, pinguedo granatorum, et ſimilia. Et ſi aliquid appareat in eis, appone antimonium fricatum, cum aqua roſacea et ſucco coriandri recentis, et cum camphora et [23] Muri valet ad hoc; et præſervat oculos ab eis, et non permittit aliquid in eis exire.

Dico, oleum poteſt apponi, cum variolæ ſint multum deſiccatæ, et fecerunt cortices duras, quæ ex eis inunctione velociter cadunt: ante hoc non eſt apponendum. Et variolæ ſunt aliqua ſpecies criſis, et propter hoc non eſt earum exitus impediendus; et impedire exitum earum eſt impedire criſin, et de facili poſſunt redundare ad aliquod membrum nobile: et ob hoc cum vides ſigna variolarum, dicas naturam expellere materiam ad ſuperficiem cutis: et tunc juva tu illam ad facilem ipſarum exitum cum his quæ dantur in potu: et cave ne ſint frigida, quoniam prohibent exitum earum oppilando poros. Et debes inſpi-

[23] Et Muri—vide not. 5, pag. 112.

cere

cere cur hæc crisis magis supervenit pueris. Et cum apparent variolæ post digestionem et die crisis, est bonum signum; et si apparent ante digestionem, et die non critico, est mortale. Et pejores his quæ moventur in secundo, vel sexto die, et febris non alleviatur ex eis.

Dico, mulieres utuntur foliis lilii ad desiccandum variolas. Et vidi, quod ipsa desiccant finali desiccatione: et aqua et sal valent magis ipsis, nisi quod facit patienti multam punctionem: sed cum est in loco ubi est multa carnositas, non sentitur tanta punctio; et oleum eradicat cortices earum. Et unguentum rubeum confert mirabiliter ulceribus quæ appellantur * *mater variolarum*. Et vidi multotiens, quod vulgus exhibeat cibum incontinenti, quando variolæ apparebant: et multotiens fui expertus in principio variolarum exhibere aquam nivis, lactucas, et facere flebotomiam: et non debet patiens morari in loco frigido, quia prohibetur exitus earum stringendo poros: et cum incipiunt variolæ apparere, et multum exire, non dentur frigida; et cum

* An *matres?*

cum evenit patienti ſincopis et tremor cordis, locetur in loco frigido.

FILIA ALFET: paſſa eſt variolis parvas duras porinas, non tamen nigras, et ſentiebat cum hoc inflammationem et dolorem in ventrem, et mortua eſt: et plures iſtorum ſæpe ſincopizantes moriuntur, quoniam conſtringuntur multum eorum anhelitus, et infrigidantur extremitates: et hoc eſt cum variolæ redeunt interius. Et aliquando apparent variolæ ſimiles blactiis, et aliquis medicus dixit, quod blactiæ vertuntur in variolas. Et inveni, quod differentia eſt inter has; quia blactiæ ſunt rubeæ, et apparent in ſuperficie cutis ſicut ignis Perſicus; et non ſunt profundæ eminentiæ, nec eminentes: et variolæ habent eminentiam et rotunditatem; et acuas tu benè intentionem tuam ſuper hoc; et cum hoc tibi non erit intelligibile, et ſenſui occultatum, non judices ſupra ipſum quouſque tranſeat dies ſeptimus; et illæ quæ non ſunt eminentes, non debent variolæ appellari.

Unctio mirabilis et experta ad amovendum cicatrices variolarum: ℞ Farinæ ciceris ʒx. farinæ lupinorum ʒiij. costi dulcis et [24] Merdasengi dealbati ana ʒj. * *lapidis inventi in pipere.* Terantur et pulverizentur, et informentur cum aqua hordei.

[25] Ysaac filius Johannicii dixit, cum incipiunt exire variolæ, extrahatur sanguis cum flebotomia vel carasatione; et extrahatur de sanguine quasi usque ad sincopim; et facias patientem uti ptisana. *Et si venter ejus est fluxibilis, detur ei aqua Sauic hordei,* et *maximè in blactiis, quia hanc pluries concomitatur ventris laxitudo:* et caveas ab omni dulci grosso.

[26] Inquit Museya: medicina laudabilis et experta amovens cicatrices vario-

---

[24] Vide not. 4, pag. 216.

* *Lapidis, etc.* Glossema hæc esse videntur.

[25] Ysaac filius Johannicii, i. e. Honaini Ebadiens filius, de quo vide Pocock. *Hist. Dynast.* Arab. pag. 263. Lat. pag. 171.

[26] Inquit Museya: incertum est quis sit—fortè Pater Mesues. ماسويه sc.

larum.

larum. ℞ Amidi frumenti, amygdalarum excoriatarum ab utraque cortice, ana ʒij. costi dulcis et dragaganti, ana ℥v. radicis cannarum ʒ iiij. seminis melonis excoriati, fabarum siccarum excoriatarum et farinæ hordei, ana ʒiij. croci ℈j. Terantur, cribellentur in panno serico, et informentur cum succo corticum cetrangulorum et aqua rosacea æqualiter; et inungatur locus cum penna, et dimittatur per noctem, et manè abluatur cum aqua decoctionis camomillæ, meliloti, et violarum, si Deus voluerit.

Medicina divina multæ experientiæ et bonitatis trahens ad superficiem corporis variolas, [27] Bothor, et omnia quæ necessaria sunt exterius educi. ℞ Ficus albas v. passularum enucleatarum aur. x. laccæ mundatæ ℥v. dragagan. ʒiij. croci aur. v. Coquantur in tribus [28] rotulis aquæ usque ad tertias, et detur in tribus diebus, qualibet die pars rotuli: jussu Dei.

---

[27] Bothor, i. e. بثور Pustulæ—Tubercula.

[28] Rotulis: vide not. 7, pag. 102.

Inveni quod signa appropriata variolis sunt febris continua de sanguine, dolor gutturis, et in principio febris dolor lumborum; et patiens jacet in supino, et movet sæpe pedes, et tremit. Et debes esse satis sollicitus, et benè præmeditari in flebotomia et ejus circumstantiis.

[29] Ait Georgius: blactiæ fiunt ex sanguine permixto multa colera, et variolæ ex sanguine grosso multæ humiditatis; et ideo invenimus variolas humidas, et blactias aridas et siccas; et eveniunt ut pluries in autumno, et maximè cum non prævalet septentrionalis ventus; et est pluviosus; et cum aër est turbidus, pulverulentus, et obscurus, et flat ventus merionalis. Et signa ipsorum sunt febris continua de sanguine, soda, dolor, ponderositas capitis et pectoris, et siccitas linguæ; sputum grossum, pruritus in na-

---

[29] Ait Georgius—Bachishua fortè, de quo vide Hist. Dynast. Arab. pag. 262. Lat. pag. 171. Vide not. 37, infrà.

ribus,

ribus, ſternutatio, facies repleta, impedimentum hanelitus, nauſea, caſus appetitus, diſtentio cutis, et timor in ſomno: et melior criſis quæ poteſt evenire eſt fluxus ſanguinis è naribus. Et quando variolæ et blactiæ ſunt coloris violacei et nigri, et aliquando apparent et aliquando occultantur, et ſentit patiens vehementem anguſtiam et raucitatem vocis, et ſenſus permixtionem, eſt ſolum ſignis pronoſticis relinquendus. Et variolæ ſiccæ, in quibus non coadunatur humiditas, ſed ſunt ut porri, et ſcindunt cutim cum vehementi ſciſſione, et concomitantur eas vehemens anguſtia, mala deſiccatio, ſenſus permixtio, et defectus vocis, eſt mortale. Et aliquando accidunt, et inveniuntur variolæ parvæ intus in magnis variolis, et nominantur variolæ duplices. Et delet, removet, cicatrices iſtarum pulvis radicis cannarum et ſerratura ligni ſalicis, et [30] Merdaſengi dealbatum.

---

[30] Merdaſengi dealbatum, i. e. Lithargyrus.

Dico,

Dico, dixit Galenus in principio [31] Categenisii unguentum mirabile omni solennitate vallatum, valens ad multa, et etiam ad variolas: et per hoc perpendi quod Galenus non omisit variolas, et eas cognovit. Et in secundo ejus libri posuit Galenus aliud unguentum valens ad variolas: et ob hoc ipse scripsit ex scientia Andromachi, qui fuit antiquior Galeno. Et dixit Galenus in libro quarto [32] *Ethimeos*, antiqui appellabant *flemon* rem in qua inflammata caliditas sicut erisipilla et variolæ; et hi morbi generantur ex cholera: et narravit etiam hoc in libro pulsuum, et similiter in nono libro interiorum. Et dixit superfluitates quæ non mutantur in sanguinem putrefiunt, et acuuntur longitudine dierum, et generatur ex eis erisipilla et variolæ.

Dico, quæsivi et inveni, quod malitia variolarum est secundum quantitatem malitiæ hanelitus et raucedinis vocis, et ut plures ex istis moriuntur strangulati:

---

[31] Catagenisii, i. e. *κατα γενη*—vide not. 1, p. 10.
[32] Ad Timæum, i. e.—vide pag. 13.

et

et intentionis meæ eſt curare in principio guttur cum rebus lenitivis et diſſolutivis quas fui expertus in [33] *Bimareſten* (noſocomio, ſc.). Cura variolarum et blactiarum, utaris flebotomia ante quartum diem, et poſt; et maximè priuſquam omnes exeant: et cum omnes exierint, ſc. eſt facienda flebotomia: ſed debet dimitti quouſque fortificetur virtus, niſi fortè materia ſit multa. Tu autem potes flebotomare, parum tamen ſanguinis extrahendo.

Dico, qui moritur ex hoc morbo deficit propter multitudinem materiæ, quia forſan natura non eſt tantæ potentiæ, quod poſſit totam materiam trahere ad exteriora. Et cum erit conveniens flebotomare venas narium in principio, eſt ſatis utile. Inveni autem plures patientes variolas, qui liberati ſunt ſolo fluxu ſanguinis è naribus: et hi morbi ut pluries accidunt pueris qui flebotomari non

---

[33] In Bimareſten—in noſocomio, ſc.—مارستان Arab. à Perſic. بيمارستان i. e. ægrotorum domus.

poſſunt.

poſſunt. Et cum vides autumnum vehementis caliditatis et ſiccitatis, et hyemem ſuæ naturæ vel propriæ, expecta variolas in fine hyemis, et te induas multos pannos, tuentes à frigore te, et non inſpira aërem frigidum; et cum hoc liberaberis. Et ſi eveniunt tempore æſtivo, debet morari patiens in loco in quo ſudet, niſi timeat de ſincopi quodſi eveniat, caveat ne ſudet, et locetur in camera aperta ventis oppoſita, et odoret ſandalum, aquam roſaceam, et camphoram; et non exhibeantur patienti vehementer frigida, uſquequo variolæ benè fuerit manifeſtæ; et non flebotometur cum manifeſtæ apparent, niſi materia ſit multa.

[34] Dixit Maser Joheye: qui prohibet variolas oculis non accidere, et præſervat ipſos ab eis; et ſi eveniunt, diſſolvit eas quod non inferant nocumentum, eſt ſatis perſpicuus et ſagax medicus.

---

[34] Dixit Maſer Joheye—fortè Maſerjaweius, ſive Judæus—vide not. 1, p. 213.

Filius

Filius Mesue: rob ribes et agrestæ, et rob acetositatis citri confert variolis, blactiis, et *antrax*, (anthraci) quia vincunt et extingunt acuitatem coleræ et sanguinis.

Dico, in principio cum apparent variolæ, pone in oculis antimonium, quando dubitatur in illo tempore de melancholia: et si dubium est, instilletur in oculis Sief factus ex antimonio *folio* et acatia: et oleum non apponatur, nisi cum ulcera fuerint desiccata, propter casum crustularum: et est malum ante hoc tempus ad apponendum, quoniam prohibet dissolutionem; et accidit ex hoc tremor cordis et sincopis; et hoc usi sunt plures imperiti medici.

Dico, multotiens vidi febricitanti evenire blactias post nonum diem; et ei non apparebat aliquid de accidentibus variolarum et blactiarum, nisi vehemens angustia assiduè ubique nausea: et quando tu vides cum febre continua angustiam, et murmurationem, et laborem assiduum, debes cognoscere quod sunt signa blactiarum, et tunc non est infrigidanda

 omninò

omninò exterior pars corporis. In quarto decimo pulſuum dixit Galenus, ſanguis putreſit multum in apoſtematibus variolis et corroſione, quouſque comburatur cutis. In nono interiorum, ſuperfluitates ciborum quæ non mutantur in ſanguinem, et remanent in membris, et putreſient et acuentur, ſpatio plurium dierum generabuntur ex eis variolæ et eriſipilla et corroſio.

Dico, nominavit Galenus variolas, et ſcripſit propriam curam ipſarum; et ex hoc poſſit intelligi quod ipſæ ſunt ex ſpeciebus criſis.

Dico, ſi aliquis febricitans ſentiat dolorem lumborum, et non appareat in eo aliud ſignum de ſignis variolarum, ſed cum hoc adſunt fluxus et urina alba, eſt ſignum pronoſticum variolarum. Et ſummariè non eſt aliquod ita proprium ſignum in variolis ſicut dolor lumborum cum febre: et cum vides hoc in autumno, ſecurus ſis de variolis, non tamen de blactiis; quoniam cum blactiis non eſt dolor lumborum: et puto quod hoc ſit ex forti diſtenſione venæ concavæ diſtenſæ

ſupra

ſupra ſpondilia dorſi; et in blactiis non diſtenditur, quoniam eſt ex malitia ſanguinis abſque multa repletione; et in variolis non eſt ſanguis ſuperfluæ malitiæ reſpectu blactiarum.

Dico, quod variolarum ſunt multæ ſpecies, et ideo cavendum eſt ab eis, et eſt ingeniandum ad attrahendum eas ad exteriora; et ſi patiens non caleat, curetur cum calefacientibus, et abſtine ab eis ſi adſit febris continua et nigredo linguæ: et cura guttur ad præſervandum ſquinantiam quæ conſuevit multotiens cum ea evenire; et adhibeatur cura cum rebus ſtipticis: et ſi fortificatur dolor gutturis, detur aqua calida cum zuccharo, et fumigentur illæ quæ ſunt tardæ digeſtionis cum aqua calida in qua ſit decocta camomilla. Et variolæ quæ ſunt circulatæ et earum capita occultata, ſunt malignæ et mortales: et curentur palpebræ et præſerventur ab eis cum ſucco [35] *Memithe*, licio, aloë, et croco; et ponatur in oculis ſumach et aqua roſacea.

---

[35] Vide not. 4, pag. 110.

Dico, quod quidam paſſus fuit variolas ſatis malignas, et fuit flebotomatus priuſquam ſtringeretur ejus guttur, et non remanſit aliqua medicina extinctiva et alia conveniens, quæ non eſſet ei facta; et melioratum eſt et elargatum ejus guttur et variolæ ſimiliter, ita quod habuimus de eo bonam ſpem; et poſtea evenit ei ſubitò dolor vehemens in tibia et denigrata eſt; et intentionis meæ erat caraxare locum: etiam eadem hora habuit caſum virtutis, et tunc deſperavi de eo omninò; et devenit ad talem ſtatum, quod ſanguis emanabat ab ejus poris, et eodem die mortuus eſt propter vehementem dolorem. Et vidi plures patientes variolas magnas, et habuerunt ultimo dolorem in tibiis.

Dico, lacca detur in potu ad confortationem epatis in variolis.

[36] Inquit Tarmadi: cum variolæ ſunt fractæ, inungantur ex oleo et ſale,

---

[36] Inquit Tarmadi—vide pag. 246, ubi idem, ut videtur, Darmedi appellatur.

et

et ſtent in ſole per unam horam, et poſtea laventur cum aqua decoctionis ficuum et mirtillorum, et poſtea fumigentur ex tamariſco: et poſt tres dies inungantur cum luto albo in quo apponatur parum ſalis; et dimittantur per medium diem, et poſtea lava ut prius. Cum ſint deſiccatæ, da ſibi in potu lac aſininum acetoſum et line ipſo ejus cutim, et pulveriza deſuper calamum aromaticum album aut aliud aromaticum.

[37] INQUIT BUGAJESU: ſigna variolarum ſunt febris, rubedo faciei, et cutis, et præcipuè gingivæ erunt nimis rubicundæ: et cum incipiunt apparere, ſi ſunt ſicut grana, ſunt variolæ, et poſſunt eſſe latæ in forma [38] Bothor, et eadem eſt cura amborum; et cum incipiunt apparere, dentur in potu quolibet die pa-

[37] Bugajeſu—fortè Bachtiſhua—ex cujus nomine ſine punctis diacriticis exarato [ٮحٮٮسوع] formavit (ſuſpicor) magiſter Feragius Bugajeſu.

[38] Vide not. 27, pag. 235.

tienti

tienti ʒx. aceti cum [39] *cerata* i. muſci, ſi variolæ ſint multæ; et ſi paucæ, ſecundum earum quantitatem: et poſt tres dies detur hæc medicina. ℞ Roſar. mundatar. ʒiiij. lentium excorticatarum ʒiiij. laccæ ij. Coquantur in duobus * rotulis aquæ uſque ad medium * rotulum; et depuretur et ponatur in ea zucchari ℥j. et detur quolibet manè in jejuno ſtomacho per tres dies et plus: et hoc narravit [40] DARMEDI. Et cum variolæ ſunt fractæ, accipe ʒij. ſiſami et pone cum ea parum ſalis combuſti, et ſparge ſuper cutim ejus ipſum, et ſtet ad ſolem per unam horam; et poſtea lavetur cum aqua decoctionis roſarum, mirti, balauſtiæ, et parum ſalis, et poſtea fumigentur cum foliis mirti et tamariſci; et poſt duos vel tres dies inungatur ex luto albo et pauco ſalis, et dimittatur per medium *diem*, et abluatur

---

[39] Cum Cerata, i. e. cum Kirata, i. Muſci.— قيراط وهو خروبة بالشامي Caſiri, pag. 281. Vide not. 7, pag. 102.

* Vide not. 7, pag. 102.

[40] Darmedi—idem fortè cum Tarmadi, p. 244.

et

et eodem modo ut prius. Et cum ceciderint crustulæ, accipe rizum, et lava et desicca ipsum, et tere et pone cum eo parum croci, et dissolve cum aqua, et inunge, et dimitte per medium diem: et si cutis ejus est ulcerata, pulveriza desuper pulverem aromaticum album, et cum incipiunt desiccari, detur in potu lac camelarum. *Et si ejus venter est laxus, detur in potu aqua decoctionis Sauic ordei et rizi cum gummi.* Et si apostematur patiens, et ejus vox sit rauca, et sustinet multam desiccationem, et hoc fuerit in septimo, erit mortale. Et variolæ nigræ et multum rubeæ sunt de signis malignis, et similiter blactiæ, et omnes aliæ res existentes in exterioribus; et in cura blactiarum respicias capitulum de cicatricibus.

Urina hominis micta per duos dies confert blactiis. Qui collirizaret oculos ex aqua rosacea in qua fuisset sumach madefactum, præservat eos à variolis.

Medicina faciens velociter apparere variolas, blactias, et morbillos, et omnes species Bothor, et accelerat ipsas,

præcepto

præcepto Dei, ad exteriora. ℞ Ficus ſiccas n° vij. paſſularum enucleatarum ʒvj. laccæ mundatæ à lignis ſuis * ℥ j. ſs. et dragaganti ‡ ℥ iij. croci ℈ ij. lentium excoriatarum ʒv. Coquantur in duobus rotulis aquæ uſque ad medietatem et detur de ea in potu.

* an ʒj. ſs?
‡ an ʒiij?

[41] IN LIBRO ABDUS, de memoriali: medicinæ mirabiliter conferentes cicatricibus variolarum, et omnibus aliis cicatricibus. Accipe cicera nigra conculas combuſtas, ſtercus bovinum combuſtum, et tere et conſice cum aqua, et inunge cicatrices.

ALIA: ℞ Ordei et ſtercoris pecorini ana; coquatur ordeum cum aqua uſquequo excorticetur, et tere ambo ſimul, et diſſolve ea in aceto vini, et pone ſupra locum.

ALIA: Accipe aquam ungularum arietis cum aſſantur, et inunge ex ea locum, et omninò et proculdubiò cicatrices delet.

---

[41] In libro Abdus—cujus ſit incertum eſt.

ALIA,

ALIA, magis mirabilis et experta: Pinguedo asini dissoluta in aqua rosacea, et inuncta et fricata super locum.

FILIUS MESUE: cum in sinocha apparet rubedo oculorum et faciei, et multa corporis et capitis ponderositas, pruritus narium, sternutatio, et dolor in toto corpore pungitivus, pronosticandum est de variolis; et hæc sunt signa ipsarum; et sit intentio tua in principio circa oculos collirizando eos cum aqua rosacea in qua sit madefactum sumach, ut præserventur ab eis. Et cum apparuerint, instilla in oculis aquam decoctionis coriandri sicci in qua sit antimonium fricatum, et colata apponatur in ea parum camphoræ, et ingenieris ad attractionem variolarum ad exteriora, priusquam tremor cordis et nausea superveniunt, dando in potu hanc medicinam. ℞ Laccæ ʒv. lentium excorticatarum et ablutarum ʒvij. dragagant. ʒiij. Coquantur in medio rotulo aquæ usque ad medietatem, et coletur: et cibetur æger cibis ægritudinum acutarum; *et laxetur venter, si necessaria est, evacuatio cum* [42] *aqua fructuum; et post sep-*

[42] Vide not. 17, pag. 226.

 timum

timum cave à ventris laxatione, et declina ad ſtiptica, quoniam in fine hujus morbi conſuevit evenire fluxus. Et in hyeme, accende ignem coram patientem cum lignis tamariſci, quercûs, et vitis: et cum vides variolas deſiccari, unge cutim cum pennâ ex farina rizi panici et pauxillo croci diſtemperata cum aqua roſacea: et ſi aliquid ex eis apparet in *moribus*, (naribus) pone in eis cerotum factum ex oleo, aceto, vino, cera, et dragagant. et ſimile fiat in ore; et non debetur ei poni quouſque variolæ erunt deſiccatæ, et febris omninò declinaverit: et non appropinquas corpori oleum, et maximè in principio dubitando, quoniam prohibet earum exitum, et reddit eas profundas; et ſequitur aliquando ex hoc tremor cordis et mors.

[43] INQUIT JUDÆUS: blactiæ ſeu morbilli crocei coloris ſignificant choleram; viridis et nigri ſignificant vehementem ſanguinis aduſtionem, et ſunt mortales. Et cum in febre multæ caliditatis, acci-

---

[43] Vide not. 1, pag. 213.

dunt

dunt ſoda, dolor gutturis, tuſſis, rubedo faciei et oculorum, ſternutatio, pruritus narium, et ſudor, ſunt hæc ſigna variolarum; et ut pluries apparent in tertio, et tunc febris eſt lenis: et poſſibile eſt quod appareant in primo et in ſecundo; et blactiæ minus variol. et variolæ nocent oculum plus eis, et præcipuè ſunt malæ: et fricetur antimonium cum lacte et addatur parum camphoræ, et collirizentur exinde oculi: et poſt ſeptimum aſperga ſupra cutim aquam cum ſale et parum croci, et poſtea inungatur ex ſandalo, roſis, lentibus, et parum camphoræ pulverizatis, et diſtemperatis cum aqua roſarum. Et in principio non exhibeas frigida, qnoniam incrudunt materiam et prohibent exitum ipſarum: ſed detur in potu ſuccus fœniculi et apii, quoniam accelerat earum exitum; et fiat gargariſma cum ſucco granatorum, ut præſerventur guttur et os. Et poſtquam exierint exhibeas trochiſcos ex acetoſa et pſillio torrefacto; et ſi ſentis aliquod in ore, detur butyrum recens: et in hyeme ſemper ſit coram eo ignis ex lignis tamariſci; et jaciat æger ſuper mataracium panni rari plenum ſarina rizi. Et variolæ

accidentes post febrem sunt salubriores venientibus ante febrem: et in blactiis ceu morbillis est sputum grossum ceu spissum, rubedo oculorum et faciei, siccitas linguæ, elevatio temporum; et accidit in eis similiter abominatio et vomitus coleræ simul et semel, et in variolis paulatim paulatim; et blactiæ violaceæ et virides sunt mortales: et propriè cum subitò occultantur, et cum redeunt cum abominatione et nausea, est satis verendum. Et variolæ nigræ, multæ, siccæ, et porrinæ, occupantes cutim ferè totam, sunt mortales. Et fumiga variolas humidas cum foliis mirti, et line cicatrices variolarum cum rasura radicis cannarum et lignorum salicis madefacta in aqua.

[44] Georgius: cum sanguis superabundat, et superaccenditur, et corrumpitur, accidunt variolæ et blactiæ; et ut plus cum prævalet aër meridionalis: et præcedunt has, febris acuta vehemens,

[44] Georgius—Bachtishua fortè, vel Bugajesu magistri Feragii: vide not. 37, pag. 245.

sodâ,

ſoda, ponderoſitas, rubedo faciei, tuſſis, deſiccatio linguæ et ſalivæ, inflatio venarum totius faciei, et ſputum groſſum, ſpiſſum, viſcoſum, pruritus narium, ſternutatio, rubedo, pruritus, et lachrymæ oculorum, inflatio faciei, impedimentum hanelitus, nauſeativus vomitus, defectus appetitus, et ponderoſitas totius corporis, et in profundo. Et cum videris hæc ſigna, vel aliqua ipſorum, poteris prognoſticari de variolis vel morbillis; et poſſibile eſt quod ſint cum febre laborioſa, et erunt laborioſæ, difficilioris curæ; et poſſibile eſt quod ſint febre exiſtente leni: et intentionis meæ eſt, quod non curentur in principio cum rebus multum frigidis, quoniam accidit ex hoc nocumentum mortale. Et ſi eſt hyems, detur ſuccus fœniculi et apii, cum [45] *Gelengiabin*; ſi vero tempus eſt calidum, dentur aqua hordei, lentes, melones, et granata, cucurbitæ, et ſimilia.

---

[45] Gelengiabin: vox Perſic. compoſ. ex گل roſa et انگبین mel—جلنجبین—mel aut ſaccharum roſatum. Gol. col. 526.

Et

Et teneat æger quolibet die ſuccum fœniculi in ore cum pauco croco et zuccharo albo: et inſtilletur in oculis ejus [46] *Elmuri*, ut nil poſſit oculis evenire, et collirizentur cum *antimonio* et camphora; et caveat ab acetoſis et ſalſis, ne inducatur ei tuſſis et ſitis; et ſimiliter julep, *ut non laxetur ejus venter*; *et ſi venter eſt laxus, detur ei rob mirtillorum et citroniorum cum trochiſcis de Spodio.* Et fluxus ſanguinis de naribus eſt criſis in eis bona. Cum vides blactias violaceas et virides poſt apparitionem occultari in interioribus partibus corporis pronoſticare quod patiens ſincopizabit, et morietur. Et ſi variolæ ſunt parvæ et ſiccæ, et implentur aquâ, et ſunt propinquæ ad invicem, et ſunt ſiccæ et duræ ut porri, et ſcinduntur, accidit eis ſincopis, nauſea, et ſenſus permixtio; et patiens variolas multæ humiditatis, jaciat ſuper mataracium panni rari pleni farina *rizis* et pannici: et fumigetur cum foliis mirti et olivarum ſiccis; et cum ul-

[46] Vide not. 5, pag. 112.

cera ſunt deſiccata, accipe raſuram radicis cannarum et lignorum ſalicis, et miſce cum aqua, et pone [47] *Merdaſengi*, ut non cicatrizetur locus.

[48] ACHOROSOCHOS ait: ſordicies domus apum mixta cum farina ordei deſiccat variolas.

[49] AARON: de ſalubrioribus variolis ſunt albæ et rubeæ, et de malignioribus, virides et nigræ, et poſt has croceæ. Cum manifeſtè apparent variolæ et morbilli, et febris incipit deferveſcere, eſt ſignum ſalutiferum; et illæ quæ apparent in furore febris ſunt mortales: et cum incipiunt apparere variolæ, cavendum eſt à frigidis, quoniam retinentur in interioribus, et dandus eſt ſuccus fœniculi et apii, ut trahantur ad exteriora: et fiat gargariſma ex aqua decoctionis

---

[47] Vide not. 4, pag. 216.

[48] Quis ſignificetur per illud monſtrum nominis à Feragio fabricatum, neſcio.

[49] Vide not. 8, pag. 218.

lentium

lentium et ſumach, ut nil nocivum poſſit ori et gutturi evenire. Et cum ſunt digeſtæ, jaceat patiens ſuper farinam rizis, et fumigetur cum foliis mirti et olivarum, et deſiccabuntur.

Dico, variolæ fiunt ex ebullitione ſanguinis, et propriè cum fit mutatio à pueritia ad adoleſcentiam; et accidit cum eis caliditas violenta et malus odor: et hoc eſt cum patiens eſt calidæ complexionis: et poſſibile eſt quod accidunt bis vel ter, et præcipuè cum ſanguis eſt acutus. Et neceſſe eſt quod ſanguis pueri de facili perveniat ad hanc diſpoſitionem, et pueris magis quam puellis: et debes præſervare puerum paratum ad variolas et morbillum, in vere et in hyeme, ne incidat in febrem acutam: et debes mitigare et extinguere fervorem ſanguinis in quantum potes, et ſubtiliare ejus regimen, et ſit de generantibus ſanguinem ſubtilem. Et cave ne ſuperficies ejus corporis ſit ſpiſſa, ut extenuetur fricatione, exercitio, et balneo in æſtate, et in autumno non indiget tanta cuſtodia, ſed minori, quia in æſtate fit magna corporis diſſolutio, et in autumno ſanguis

eſt

eſt paucus; et pueri parati ad variolas et blactias ſunt albi et rubei, et habentes capillos *blūdos, et macilenti et nigri ſunt remoti ab eis.

* Blundos, albos, ſc.

Filius Serapionis: et melius quod eſt in variolis, eſt flebotomia uſque ad ſincopim, ſi virtus ætaſque permiſerint; ſin autem fiat caraſſatio, et ſtilletur in oculos aqua decoctionis ſumach aut ſuccus pinguedinis granatorum: et cum incipiunt apparere variolæ, tunc danda eſt aqua decoctionis laccæ, ut facilis fiat earum exitus; et poſtea aqua ordei et lentium, et cibus ejus ſit [50] *Mebs*, et ſimilia. Et in hyeme accendatur coram eo ignis ex lignis tamariſci et vitis: et cum incipiunt deſiccari, line ſupra cutim farinam rizis pannici, radicem cannæ Perſianæ, et cretum et aqua roſacea.

---

[50] Vide not. 15, p. 225.

[1] *Historia filiæ Hebelthuseyn filii Habuhe, ut à* RHAZE *traditur, in* CONTINENTIS (Edit. Brix. 1486) CAP. IV. Libri 18. Edit. Venet. 1542, *folio quarto ab initio, col.* 2.

FILIA Hebelthuseyn filii Habuhe fuerat assueta bibere lac camelarum absque meo consilio, et sentiebat inflationem propter lac: accipiebat de Diamusco, corpore non purgato nec flebotomato; et occasione lactis incidit in febrem continuam de sanguine, et apparuerunt signa variolarum; et post quartum variolæ in suo corpore exiverunt; et ipsa misit pro me, quod deberem ipsam curare. Et in principio collirizavi suos oculos cum antimonio dissoluto in aqua rosata; et propter hanc causam non exiverunt variolæ in ejus oculis, de quo erat

[1] Vide Freind. de Purgantib. 4to, pag. 95, 96. Hippoc. Gr. Lat. 8vo, pag. 74—76. Opera, Lat. Fol. pag. 335, et pag. 267.

valdè

valdè verendum, ſed circa oculos erant multæ, ſpiſſæ et groſſæ; et miratæ ſunt vetulæ ſtantes ad ejus ſervitia de ſalute et præſervatione oculorum. Et aſſiduavi ipſam recipere ptiſanam, et ſimilia, per aliquod tempus. *Et venter ejus erat ſtipticus, ut moris eſt in hoc morbo; et meliorata eſt. Remanſit tamen aliquid reſidui febris acutæ; putavi quod eſſet reſiduum humorum non eductorum per egeſtiones: et non potuit ſubitò et ſemel in totum purgari propter debilitatem virtutis ejus. Feci tamen ipſem aſſiduare* [2] *aquam fructuum quindecim diebus in aurorâ, et ptiſanam in prima hora diei; et aſſellabat ex hoc bis in die, et fuit mundata completa mundatione.* Et poſt quadraginta dies apparuit in urina completa digeſtio; et poſt quinquaginta fuit liberata in totum.

---

[2] Vide not. 17, pag. 226.

FREIND. *Opera*, Fol. pag. 335.—*Epist. de Purgant.* 4to, pag. 97.

"Eandem curandi viam, atque iisdem "ferè verbis præcepit, Rhazis secta-"tor, utcunque magistri immemor, "Alsaharavius: alvum scilicet, mor-"bo jam ad *statum* perducto, [1] leniri "jubet, maximè si vires constiterint, "pulsusque virtutem habuerit; eaque "remedia ut hâc in re præ aliis ido-"nea commendat, quæ calorem mi-"nus excitent."

---

[1] Cap. x. Partic. 13. i. e. Edit. Augustæ Vindelicorid. A. D. 1519, fol. 142, col. 2.

Ex Codice Laud. N° 167. A.

Cui Titulus كتاب التصريف

(LIBER ALTASRIPH, i. e.)

Autore ALZAHARA, alias ALZARAVI.

In Linguam Hebraicam translatus per

משלם בן יונה MESHULLAM BEN JONAH.

המזונות לבעלי אלגדרי

צריך שישתה החולי מי בשול השעורים המתוקן בחכמה כמו שישתו בחליים בעלי החליים [1] החדים בשוה רק אם תהיה הקדחת רפה ונמק ואין [2] הטבע רך ישים עליו כערך מחצותו מיץ רמונים חמוצים שחוקים עם הגרעינין ולא עם בשרם ולאסתמר ממנו ולא יחוש בקרום הדק ויקח אלזבד וחמאה כי אלה ירככו הטבע ואם יהיה לחולי תעורה ישים בו כמחצותו בשכאש :

---

[1] *Morbis calidis acutis:* an החרים cum ר, an החדים cum ד, legendum fit, incertum eft: utrumque fenfum in hoc loco retinui. Vide not. 1, pag. 188, ubi eadem ambiguitas ex literarum fimilitudine occurrit.

Diæta ſive alimenta variolis laborantium.

OPORTET ut ægroto bibenda præbeatur aqua decoctionis hordei arte præparata, uti bibitur in morbis eorum, qui [2] morbis calidis *acutis* laborant. *Atqui ſi fuerit febris debilis et interna, et non ſit* (*natura*) *alvus laxa, huic admiſceatur quaſi dimidium ſucci malorum Punicorum acidorum contuſorum cum granis ſuis, nequaquam verò cum pulpa eorum; (à quâ ſibi caveat; de pellicula tenui nihil curet;) ſumat etiam cremorem lactis et butyrum recens, hæc enim ſolvent alvum.* Et ſi adfuerint ægroto vigiliæ, admiſceatur dimidium ejus [[3] *hordei* ſc.] papaverum.

---

[2] Vide not. 5, pag. 166. Hebræa vox טבע Arab. طبيعة congruit.

[3] Vide pag. 161.

QUODSI

וים יהיה הטבע רך הרבה שים בו
* אלטבאשיר וצמג ערבי ומיץ דלועים
ואבטחים וקשוים ודומיהם בלתי נאותים
לחולי אלגדרי והם יותר ראויים ונאותים
לחולי אחצבה רק אם יהיה החמימות
חזק ויהיה עם אלגדרי רוע ותערה חזקה
כי הטוב והנלאה לחולי אלגדרי מה שיקרר
ומיבש ויעבה הדם כמו מיץ רמונים
ומיץ הבוסר ודומיהם כמו שזכרנו. וויעיל
לבעלי אלגדרי הערשים הקלופים אם
שתו אותם במים קרים :

* Vide not. 22, pag. 62.

QUODSI *contra valdè laxa ſit alvus, admiſceas illi* [4] *Tebâſhir et gummi Arabicum.* Succus autem cucurbitarum, et peponum, et cucumerum, et his ſimilia, variolis quidem minùs proficua ſunt, (atqui in morbillis conveniunt magis, et præcipuè ſunt utilia;) niſi febris ardens ſit admodum, et cum variolis adſint malignitas et vigiliæ vehementes. Id enim bonum et proficuum eſt in variolarum morbo, quod refrigerat, et ſiccat, et condenſat ſanguinem, uti ſuccus malorum Punicorum, et ſuccus uvæ acerbæ, et his ſimilia, uti memoravimus. Proficuæ ſunt etiam variolis laborantibus lentes decorticatæ, quando has bibunt cum aquâ frigidâ.

הנהגת טבע בעלי אלגדרי

כי הטבע יתרכך על הרוב באחרית החולי וכל שכן בחולי אלהצבה ובסבה זה צריך שירחיק מה שירכך הטבע אחר שיגיע החולי עד התכלית ואמנם אם יהיה טבע החולי יבש בתחלת החולי וקודם התכלית צריך לרככו וכל שכן בעת הגבורת החמימות וכאב הראש להקל על הטבע ולהקל ליחות אלגדרי אחר שיראה כח החולי חזק וגופו בלתי יבש נפוח עם לובן המראה וכוח הרפק ויהיה זה אחר ההקזה ישלשל הטבע עם בשול אלאהלילג אלאכבול או שתה מיץ רמונים שחוקים עם בשרם עם שכר וזה יותר טוב לשלשל

[1] *In fine morbi—ad finem:* vide not. 2, pag. 173.

Regimen alvi variolis laborantium.

ALVUS porro laxa est plerumque [1] *in fine morbi, et præcipuè in morbo Albatzbeh, (morbillis); et ob hanc causam necesse est ut longe amoveatur quodcunque solvat alvum, postquam pervenerit morbus* [1] *ad finem,* (κρισιν, *perfectionem*). *Atqui si sit alvus ægrotantis sicca in principio morbi et ante finem,* (κρισιν, *perfectionem,*) *necesse est illam solvere, et præcipuè in tempore vehementiæ febris ardentis, et doloris capitis, ut levis reddatur natura, et minuatur humor variolarum, postquam videris ægroti firmas esse vires, et* corpus ejus non esse siccum, *sed* inflatum, cum *albore coloris et fortitudine pulsus.* [2] *Et si hæc sint post venæsectionem, solvatur alvus cum decocto myrobalanorum chebularum; vel bibat succum malorum Punicorum tritorum cum carne eorum, cum saccharo: hæc enim meliora sunt cum quibus alvus*

---

[2] Vide pag. 175.

 ægroti

בו החולי כי זה לא יעורר החמימות ואם
יהיה הטבע רך [3] לא יקרבו דבר מהרך
ומשלשל׃

ואמנם רפואתו אם נתרכך הטבע שישתה
במקום מי השעורים מי בשול שויק אלשעיר
הוא קמח השעורים קלוי ואם תארך
יבשל עמו שויק גריעי רמונים ואם
יהיה הטבע יותר רך ישתה אלצמג עם
אלטבאשיר אחר שישחק כמו אלכהל ויזרק
עלי ארבע אוקין מי בשול שויק אלשעורים
וישתה הכל ואם יוסף השלשול יתרפא
במה זכרנו בחולי השלשול ואם התמיד
השלשול ישתה אלראיב התמון הרבה מוסר
החמאה הנקרא אלזבד עם אלכעך הטוב
ומעט צמג ערבי או אלטבאשיר׃

---

[3] לא יקרבו *Heb.* ne appropinquet res ad illum.

EBN

ægroti solvi possit, quia non excitabunt febrilem ardorem. Quodsi alvus laxa sit, nulla res illi adhibeatur, laxans, et alvum solvens.

ATQUI *curatio ejus, si soluta sit alvus, erit, ut bibat vice aquæ hordei, aquam decoctionis Sauic hordei, id est farinæ hordei torrefactæ. Et si duraverit* [ventris fluxus], *coquatur una Sauic granorum mali Punici. Et si sit alvus magis laxa, bibat gummi Arabicum cum Tebâshir, postquam trita sint uti collyrium; hæc inspergantur in quatuor uncias aquæ decoctionis Sauic hordei, et bibat totum. Et si aucta sit alvi solutio, curetur iis quæ memoravimus in morbo diarrhæa. Quodsi diarrhæa diuturna fiat, bibat Al-Raib valdè acidum, amoto butyro, quod dicitur Al-Zabd, cum pane biscocto bono, et pauxillo gummi Arabici, vel* [4] *Tebâshir.*

---

[4] Vide not. 22, pag. 62.

Ex

Ebn Giazlæ Tacwimo'l Abdani.

Tacuim IV. De variolis et morbillis.

بعد الفصد يسقي مـــا الشعير المطبوخ فيه مثل
ثلاثه عدس ولبن فيه عناب وسبستان بشرب
الخشخاش ويغذا بمزورة القرع فان ابطا خروجه
فيوخذ خمس تينات وخمسة دراهم عدســاً مقشورً
ونصف بــزر الرازيانج يطبخ برطلــ مــاَء حتي
يعود الي اربعة اواقي ونصفــاً ويضاف الــيه مــا
الرمان ويشرب وان يبس الطبع فيعطا الترنجبين
مع مــاِء الشعير او فلوس خيار سنبر او لعوق
الاجاص وان لانت الطبيعة فيسقي مــاَء سويق
الشعير قد طبخ فيه حب الاس مع صمغ عربي
وطين ارمني وقرص الطباشير الحابسة ورب السفرجل

---

[1] Vide not. 7, pag. 178.

وان

Ex Codice MS. Arab. (charactere Syro) ſatis antiquo. Olim LETHERLANDI.

POST venæſectionem bibat aquam hordei cui incocta fuerit tertia pars lentium; et lac, in quo ſunt zizypha rubra, et ſebeſten, cum ſyrupo papaveris. Alatur cucurbitis; et ſi cunctetur exitus earum, ſumantur quinque ficus et quinque drachmæ lentium excorticatarum, et drachma dimidia ſeminis fœniculi; coquantur in libra una aquæ ad uncias quatuor cum dimidio, cui admiſceatur ſuccus mali Punici, et bibat. *Quodſi alvus ſicca fuerit, detur* [1] *Terengiabin cum aqua hordei, vel medulla caſſiæ ſiſtulæ, vel loboc prunorum Damaſcenorum. Quodſi alvus* [2] *fluat, bibat aquam Sauic hordei cui incoctæ ſint baccæ myrti, cum gummi Arabico, et luto Armeno, et trochiſcis Tebâſhir reſtringentibus, et rob Cydoniorum;*

[2] Vide not. 9, pag. 182.

et

وان كان سعال فشرب الاس ويغذا بالجوارس المطبوخ مع سويق الشعير وياكل السفرجل والتفاح ولحذر من لبن الطبع بعد السابع ويقطر في ابتدايه في العين ما ورد قد نقع فيه سماق [3] وماءَ الكفرة فان ظهر فيها بثر فينفض فيه الاثمد فاذا انتهي فيوقد بين يديه الطرفا وقضبان الكرم ان كان شتا وان كان صيفاً فيبخر بالصندل والاس ويجعل علي فراشه الورد المطحون واذا بدا بالجفاف يطلي بالملح والشراج خمس سعات يتغسل بماءَ قد طبخ فيه اس ويطلي بعده بدقيق رز وجاورش وبسير زعفران ويترك عليه يوماً ثم يغسل بماءَ النخالة ››

---

[3] وماءَ الكفرة et *aqua camphoræ*—الكافور lego.—Vetus Interp. " et aqua coriandri recentis;" legens

et si adsit tussis, rob myrti etiam. Cibus sit milium coctum cum Sauic hordei; et comedat mala Cydonia et mala. *Evitanda est alvi solutio post septimum diem.* In principio *morbi* in oculum instilletur aqua rosarum, in qua infusum fuit sumac; et aqua camphoræ: et si pustula apparuerit in oculo, in illum inspergatur antimonium. Et quando ad finem (κρισιν) ventum est, coram illo accendatur ignis ex tamarisco et sarmentis vitis, si sit hyems: quodsi æstas sit, fumigetur cum sandalo et myrto; et ponatur super stragulum ejus rosa molita. Et quando inceperit desiccatio, inungatur cum sale et oleo sesami, *et sinas* per horas quinque; dein abluantur aquâ cui incocta sit myrtus; postea inungatur farina oryzæ, et milii, et pauxillo croci; quæ super illum linquantur per diem unum; dein abluantur cum aqua furfuris.

الكزبرة Vox in codice meo confusè satis descripta est; et hæreo.

Trochiſci Tebâſhir, pag. 270, 271, ab Ebn Giazla memorati: *vide Meſue, fol.* 153, *col.* 1, 2.

وهذه صفة اقراص طباشير ممسكة

ورد احمر ستة دراهم

بزر حماض بري اربعة دراهم

صمغ عربي وطباشير وطين قبرسي من كل واحد ثلثة دراهم

برابربس وحب الاس من كل واحد اربعة دراهم

زعفران درهم

يدق جميع ناعماً ويعجن بلعاب بزر قطونا

ويقرص من كل قرص [1] درهم الي مثقال

---

[1] *A pondere* ʒj. *ad* ʒj. ſs.—Arabicæ voces ſunt

Ab Haly Abbate paulo aliter; *Cod. Laud.* A. N° 115.

HÆC *eſt deſcriptio trochiſcorum Tebâſhir adſtringentium.*

ROSARUM rubrarum drachmæ ſex.

SEMINIS oxalydis ſylveſtris drachmæ quatuor.

GUMMI Arabici, Tebâſhir, et terræ Cypriæ ſingulorum tres drachmæ.

BERBERUM et baccarum myrti ſingulorum quatuor drachmæ.

CROCI drachma.

OMNIA benè contundantur, et cum mucilagine ſeminis pſyllii formentur trochiſci, [1] à pondere ʒj. ad ʒj. ſs.

---

[1] *Dirhem et Mithſkal*, quorum valor accuratè ponitur in not. 7, pag. 102.

HALY EBNO'L ABBAS *Persa Magus* floruit circa A. D. 980.

EBN GIAZLA—obiit A. H. 473, A. D. 1080. Vide Hist. Dynast. Arab. pag. 365. Lat. pag. 241.


ALSAHARAVIUS, *Medicus Cordubensis*—obiit A. H. 500, A. D. 1106. Vide Casir. Catal. pag. 173, col. 2.

EBN BEITAR—obiit Damasci A. H. 646, A. D. 1248. Vide Casir. Catal. pag. 278.



FINIS.

p. 14 Mr Chauvins a imprimé [illegible] pour [illegible] [illegible]
[illegible] de [illegible] et a fait un [illegible] du Pays [illegible]
[illegible] Vol. 2, p. 759 [illegible] La plupart d'autres
ne sont pas mieux connus ce que j'ai cherché à
rapporter, bien loin d'y ajouter quelque chose.



10942

RHAZES. De Variolis et Morbillis, Arabice et Latine... cura et impensis Iohannis Channing. XIV, (2), 276 pp. 8vo, contemporary boards (worn, back repaired). London, 1766. $ 65.00

FIRST EDITION OF THE FIRST DESCRIPTION OF SMALLPOX. "The first medical description of smallpox was written by Rhazes, about the year 910. It is the only work of Rhazes to be PRINTED IN ARABIC (in the above edition, which includes a parallel Latin translation by John Channing), and is considered HIS MOST IMPORTANT WORK." (Garrison-Morton 5404).
A fine, UNCUT PRESENTATION COPY of the editor, with the following inscription inside front cover: "W.Watson MD 1768 Ex dono authoris."

